

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber decimussextus, De coelibatu sacerdotum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

LIBER DECIMVS SEXTVS.

De

COELIBATV SACERDOTVM.

Caput Primum.

STATVS CONTROVERSIÆ, DE COELIBATV SACERDOTVM.



Cetenus de autoritate Ecclesiæ in condendis legibus. Nunc de legibus ipsis, quas ab ea latas tenuerunt Papistæ: quanquam non omnibus: quis enim finis? tum autem, plurimis earum alij loci sunt commodiiores: nec paucis sola thesi sufficit quæ negat in rebus indiferentibus iugum Ecclesiæ imponendum. Quare nunc temporis duotantum capita seligenda, quorum prolixius negotium est; animosior etiam controversia, de Coniugiis & Ieiuniis, in quibus tanto duriorem obseruamus Papæ tyrannidem, quanto videtur plausibliori antiquitatis tectorio fucari.

II. In Coniugis, queritur primo de eorum vsu, tum de Repudiis. De vsu erunt controversia capta tria: Primum, vtrum sit aliquod genus hominum, cui sit interdicendum matrimonium: secundum, de Cognitionib. terciū de Liberis, qui sunt in potestate parentum. In primo capite, Papistæ non permittunt omnibus vsum matrimonij: opponunt enim primo ordines: deinde votum. Sed de hoc dicendilocus exit, quando tota de Votis controversia nobis explicabitur.

III. Ordines appellant gradus Ecclesiastici ministerij: distinctos in maiores & minores: in illis esse, Sacerdotes, Diaconos, Hypodiacoños: in his Lectores, Cantores, Acoluthos, Ostiarios, Exorcistas. Majoribus interdictum hoc proprium est: non enim portigil se ad minores. Etsi ne hi quidem non sint experti tyrannidem. Nam Contarenus 4 de Sacramentis, H. ordines non impudent matrimonium contrahendum, immo si contrahant, erunt clericis coniugati. Advertendum tamen, quod de consuetudine Ecclesia est, quod donec uxorem habent suspendantur ab executione officij, illi ordini debito. Et nega matrimonij odium Vaticanum: Vatinianum volui. Sed illis duplex nodus. Nā & omnes damnantur perpetuo cœlibatu, & rursus, post secundas nuptias, nulla spes admittendi quenquam. Vnde duo capita disputationis, vnum de Cœlibatu, alterum de Digamia.

IV. De hoc Cœlibatu disputationes vidi Papistas, Albertum Pighium, Contarerijs 15. Ioannem Arboreum Theosophiæ lib. 5. cap 7. Martinum Perelium de Traditionibus p. 3. Clingium Locorum Communium libr. 3. c. 37. Ioan. à Dauentria, Ioa. Cochlæum, Ioa. Hofmeisterum, Alfonsum Viruesum contra Confessionis Augustanæ artic. de Coniugio Sacerdotum. Hosum Dialogo. Num calicem laicis, & vxores Sacerdotibus permitti fas sit: & c. 56. Confessionis. Ioannem Bunderium, compendio Concertationis, tit. 12. Salmeronem to. 8. tract. 50. Horantium locorum Catholicorum lib. 5. c. 35. & 36. Bailiū Catechismi p. 2. q. 21. Michaelm Medinē de Sacrorū hominum continentia: Martinum Cromerum, Orechouio: Richardum Smythæum de Cœlibatu Sacerdotum: Franciscum Torrensem de Actis Synod. sextæ septimæ, octaua: Gregorium de Valencia de Cœlibatu: Posseuinum contra Chyträum fect. 1. Franciscum Turrianum pro Canonib. Apostolorū, lib. 1. c. 2. & 4. lib. 3. c. 16. Et quinti 12. tribusq; proximis: Alphonsum de Castro, cōtra hæreses lib. 1. c. de Sacerdotio hæresi 4. Petru Auratum parodoxo 20. Bellarmiñum de Clericis lib. 1. c. 8. & seq. Coferum Euchiridij c. 7. Claudiu Espensæum de Continentia: Cæfarem Baronium to. 1. annalium, anno 58. Bulengerum responsione Catholica ad Plessiaci librum: Andradium 10. Orthodoxar Explicationum: Lorichum in fortalito, cap. de Cœlibatu: Frontonem Ducæum Indicis Falſitatum c. 7. Richeomum Sanctæ Missæ lib. 4. c. 16. & seq. Hieremiam Ferrarium de Antichtisto c. 11. Petrum Cottonum Inst. lib. 3. c. 17. Vasquen in 3. Thomæ disp. 2. 47. 2. 48. 2. 49.

V. Oppositos Caluinum Institutionis lib. 4. c. 12. Bezam de Polygamiâ: Melanchthonem in Apologia Confessionis Augustanæ art. 23. Erin Defensione Coniugii sacerdotum ad Regem Anglia: Zanchium de Operibus Dei parte 3. lib. 4. c. 1. Zuinglium Paræncis ad Helueriorum Ciuitatem p. 2. & supplicatione ad Episcopum Constantiensem: Petrum Martyrem in Locis Communib. classis 3. c. 7. Chemnitium Examinis Tridentini part. 3. Philippum Mornæum Plessiacum de S. Eucharistia lib. 2. c. 9. & deinceps: Iuniū Animaduersioribus in eam Bellarmini controvrsiam. Iuellum, Defensione Ecclesiæ Anglicæ, responsioneq; ad Hardingum ad c. 8. Andream Duditum, Demonstratione, Matrimonium omni hominum ordini, sine exceptione, diuina lege permisum esse: Riuorum Summa Controvrsiarum, tract. 2. q. 23. Pertum Molinæum in Clypeo fidei fct. 87. Marcum Antonium de Dominis de Republica Ecclesiastica, lib. 2. c. 10. & 11.

VI. Papistæ omnes quidem docent maiorib. siue sacrif. ordinibus interdictum coniugium. Quanquam de Subdiaconis Contarenus lib. 4. de Sacramentis: *Huius ordinis, inquit, præcis temporibus non erat annexum votum continentie: Vixum posteriorib. fuit, cum tangat vasa sacra Subdiaconus, periret etiam ad huc ordinem munditiam castitatis.* Sed interdictum dicunt non omnes eodem modo. Nam neque omnibus eadem interdicendi causa: neque ideo interdictio termini.

VII. Causam alij naturalem dicunt, accidentariam alii. In illis Medina lib. 1. ca. 47. suscipit probandum, Euangelico sacerdotio ex natura ipsa sacerdotij repugnare coniugium. Distinguunt tamen contrarietatem; aliam formalem, quæ sit ab ipsis formis & rerum essentiis, vt albi & nigri, frigoris & caloris, humidi & seci: aliam virtualem, quæ à pugnantib. mutuo, dissidentibusq;

effectis, quomodo duas formas essentialias in eodem loco & subiecto repugnare dieuntur. Ipse autem disputat cap. 49. non esse formalem: sed esse virtualem. *Quod si, inquit, matrimonium & ordi sacer formalis repugnativa, qua ab essentiis desumitur, secum mutuo non pugnant, restat ut virtuali, qua ab effectuum contrarietate descendit, iudicentur contraria: quoniam scilicet ordinis sacri functionibus, cum matrimonij & nuptiarum vnu nullo pacto conueniat.*

VIII. Videntur alii duriores. Virues contra Confessionem Augustanam, *Coniugium res est inferior sacerdotio, ita ut à toto genere, quod aiunt, coniugium ordi profanis, sacerdotium vero sacer habeatur. Ab ordine ergo immo, atq; profano licet ascendere ad sacram, & sublimem: quis vero non videat è connexo hand & que decentem esse regressum? Toto, inquit, genere. Ergo, inquam, eriam plus quam virtualiter. Et vero imum, sublime, profanum, sacram; non minus opponuntur, quam album nigrum, frigidum calidum. Ad eam mentem Pighius dixit, coniugium non modo Sacerdotio suam dignitatem non restituere, sed plane profanum, commune & vile facere.*

IX. Quid eos memorem, aut in quibus numerem, qui coniugij sordes, & immunditias tam prolike exsequuntur? Qui coniugatum esse, & in carne esse pro eodem habent: qui negant posse placere Deo: siue, ut Hosius citat ex Epiphanio, *Vacare Domino posse, qui mariti officio fungatur. Quid Coferum, cuius pudicissimum apophthegma recole, ex castissima propositione nona, Sacerdos si fornicetur, aut domi concubinam foueat, tamet si graui sacrilegio se se constringat, grauius tamen peccat si contrahat matrimonium. Quanquam Coferum quid solum nomino?* Hosius enim testatur hanc, quæ Pighius erat sententia, placere omnibus Catholicis. *Quid hoc autem est? Graui ille sacrilegio se se constringit: & tamen hic grauius peccat. Atqui fornicatio, ut mihi quidem videatur, plusquam virtualiter opponitur sacerdotio: potest enim Papistis iudicis id m & sacerdotis munere fungi, & scortati: nam proper scortationem nemo iam pridem deponitur, ut notat Glossa ad Canonom, Presbyter, dist. 82. Dicunt hodie pro fornicatione neminem deponendum, nisi in expadure. Viderint illi*

X. Ast alii contrarietatem accidentariam malunt. Et vorum prætextum annexum plerique omnes. Vnde Bellarminus disputat, Votum esse ordinib. annexum optima ratione. Sed & Coferum, cum ponit grauius peccare contrahentem nuptias Sacerdotem, quam seorsam, causam arcens a voto.

XI. Verum Almainus in distinct. 37. 4. Sentent. contra disputat: & concludens, *Ideo ponitur opinio que semper visa est mibi probabilior, quod presbyter non possit contrahere, hoc non est, quia votum solenniter: quia, si votum, hoc est, interpretatiu soli: sed hoc ideo est, quia Ecclesia illegitimat. Similiter Aquila. Dico ergo quod, non est propter votum continentis annexum ordinis sacro: sed est ex hoc, quia Ecclesia facit talen personam simpliciter illegitimat ad matrimonium contrahendum. Scotus dicitur, Dico igitur, quod nec propter votum continentis dictum, annexum ordinis sacro, nec annexum ex precepto Ecclesiæ praepientis tali non contrahere: est quod iste non potest contrahere:* De Palude ceterum, *Non ratione voti annexi: sed statuti Ecclesiæ. Et vero res est in misera: nam Papæ interdixerunt vxores etiam iis, qui erant vxorati: ut postea fieri manifestum: vñque erant vxoribus post consecrationem suam: qui qui certe nullo eiusmodi voto tenebantur. Præterea, ne deinceps quidem votum ullum est expressum: itaque interpretationum oportuit communisci subtilitate noua: atque adeo absurdum: id enim aliud nihil est, quam vota cetera ex aliena, non propria voluntate, quod est absurdissimum, & directe contra naturam voti.*

XII. Durandus in eandem eiusdem libri distinctionem, *Dicendum est, quod ordi sacer habet impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum ex se quidem dispositum, sed ex statuto Ecclesiæ completum. Explicit deinceps confirmando: quod minister debeat congruere ministerio, id est, qui dignè ex se ad ministerium autem digne exsequendum, necessaria est puritatem corporis, & libertatem contemplationis, ut possint & diuina mente tractare: & spiritualia liberè contemplari.* Vbi notandum, primo non negari, posse Sacerdotem coniugatum & diuina tractare, & spiritualia contemplari: sed tantum non dignè, non libere. Post autem, quis negat posse cum matrimonio consistere & puritatem corporis, & libertatem contemplationis: Nisi quis forte negat nullum inquam coniugatum fuisse sanctum. Quod si potest: ergo, si quæ hic contrarietas est, hanc oportet esse accidentariam. Petrus de Aquila in 37. dist. 4. cum posuit quatuor esse necessaria, mentis puritatem, intellectus perspicuitatem, affectus feruorem, & corporalis munditia decorum: infert ad hæc omnia continentiam disponere. Nec alter Scotus.

XIII. Hinc alia pendet quæstio: cuius sit iuris hoc coniugii interdictum diuini, an humani. Non defuerit qui diuinū adstruerent. Bellarm. Gregorius que de Valentia I. indicant Maiorem in 4. Sent. dist. 24. q. 2. Espensæus Francisc. Torrensem, cuius hæc tortidem verba legas libro de Synodis, Cædam eadem sit lex continentia omnib. sacri ordinis hominib. à Deo sancta. Et post, *Est n. hæc diuina & apostolica traditio, non quidem à 20 xpo, ut pleriq; falso putant, quanquam ne sic quidem minoris effet autoritatis: sed quo certior clariorq; res effet, ut q; scripta scripta in Euangeliō, & Epistola Pauli. His addo Coferum, qui objectionem 1. Matrimonium non est diuino iure prohibitum sacerdotibus: ergo sine virto licebit eis vxores ducere: hanc, inquam objectionem soluens, Negandum, inquit, antecedens.*

XIV. Alij maluerunt esse ius posituum, & quidem longe maiori numero: adeo ut Hofmeisterus dicat: *Articulus hoc ad ius posituum pertinet, id quod neminem negare putamus.* Et vero Elpensaeus, Bellarminus, Gregorius de Valentia, ex professo disputant contra præcedentem sententiam: autoresque suos laudant Thomam 2. 2. q. 88. artic. 11. Caeterum tomo 1. opus. tractatu 27. Et nos paulo ante audiuimus, Aquilam, Paludanum, Durandum.

XV. Sed pauci medium viam inquisierunt. Almain disparat Diaconos & Subdiaconos à Sacerdotibus: illos teneri non nisi statuto Ecclesiæ: hos vero in ambiguo esse. Quantum, inquit, ad Diaconatum & Subdiaconatum, est solum ex statuto Ecclesiæ: quia aliquando in talibus ordinibus contrahebant: & illi ordines non erant sacri: illi sacri vocabantur, quibus annexa erat castitas. Sed de presbyteratu, utrum dirimat contractum, & contrahendum, ex solo statuto Ecclesiæ, vel Christi: dicit doct̄r̄, quod secundum non videatur probabile: ratio, in primitiva Ecclesiæ sacerdotes erant uxorati: & hoc verum est: sed uxorati erant antequam ordinarentur: & licet uxorato ordinari & suscipere sacros ordines: sed utrum aliquando licherit presbytero contrahere, est difficultas: & videtur quod non, imo apud Græcos, in quibus Sacerdotes sunt uxorati, & quod plus est mortuo sacerdote, uxori non potest amplius cum secundo contrahere. Ideo non est vnde aquaque certum, an sit ex statuto Ecclesiæ, vel Christi, quod sacerdos non possit contrahere. Multi doct̄res tenent, quod est ex statuto Christi. Sanctus Thomas & doctor in materia de voto dicunt quod est solum ex statuto Ecclesiæ. Et videtur multum probabile, quod est solum ex statuto Ecclesiæ, quod presbyter in sacris non potest contrahere.

XVI. Medina, libri 2. cap. 7. Ego, inquit, ut coniugia ante sacros ordines assumpta, eorumque usum iure diuino cum iisdem sacris ordinibus pugnare non crediderim: ita coniugiorum post Sacerdotium, Diaconatum, Subdiaconatum contractorum usum diuini & prorsus existimo institutioni contrarium. Quæ sententia videtur etiam Clichthouæ apud Bellarminus, & Gregorium de Valentia; quem duo doct̄res docere notant: Vnum, de iure diuino esse, ut qui est sacris ordinibus initiatus, non possit uxorem ducere: alterum, eos, qui uxorem duxerint, non posse lacris ordinib. initiari, nisi deinceps continere velint, esse præceptum Ecclesiæ, & a Siricio Papa primum editum.

XVII. Atque haec tenus de causa. Nunc de terminis interdicti: admittat-ne exceptionem, an non. Negat Costerus & Strobilius Sacerdotibus, inquit, nullo modo permittenda sunt matrimonia. Medina libr. 5. cap. 97. quodam indicat, ita diuino iuri puro, id est, diuinis constitutionibus nuncupasse, ut nulla Ecclesiastica potestas in hac parte quicquam possit. Dure admodum.

XVIII. Verum non sunt omnes tam Dracones, qui leges sanguine scriperint. Sunt qui distinguant Orientem ab Occidente. Nam quia obseruant Orientalis semper indulsisse suis sacerdotibus usum matrimonij, saltem iam contracti, ideo negarunt ad eos pertinere hoc quicquid est Ecclesiastici juris, & semper ab hoc onere exceperunt, saltem quod attinet matrimonium iam contractum. Andradius, Satis, inquit, puto ex veterib. Conclavis constare, non eundem fuisse Orientis & Occidentis morem. Nam cum nulla extet à primis illis vniuersalibus Synodis ea re lex lata, diuinio precepto uxorum usus sacerdotibus non sit prohibitus, licet sane provincialib. Synodis variis ac diuersas leges condere, ex quibus regionum mores atque instituta luculentissime auctorari licebit. Quæ si euoluerit, perspicuum sanè sit, Ecclesia Occidentalí familiariter atque Sacrosanctum fuisse Sacerdotum Diaconorumque cœlibatum: Ecclesiam vero Orientalem suis sacerdotibus uxorum usum permisit: quod tamen tantum discriminem, in side confessionem, mutuāq. coniunctionem non disrumpet.

XIX. Et in ipso Occidente non pauci dispensari posse existimarunt, id est, priuatim permitti matrimonium pro variis circumstantiis, Virgilius Philippica 19. Quem legitimus scrupulus angit & excruciat, si omnibus, que prudenter fert, serio ac fidei ardore tentatis, viderit se non posse continere, confidenter ego illi auderem conjulere, ut non propria autoritate, que potius esset temeritas, sed summi Pontificis indulgentia, salutis sua per matrimonium proficeret. Et vero plurima dispensationum exempla Elpensaeus colligit c. 7. lib. 5. quibus addit non pauca possunt, nostri etiam saeculi. Nec contrariat Medina, tantum addit conditionem. Credimus (inquit c. 98. lib. 5.) exequationem ordinis sacri ante coniugium accepti diuino iure diuinaque institutione à Christo per Ecclesiæ traditionem in hac usq. tempora inuolabiliter ubique gentium obseruatam, uxoris hominibus prohibeti, atque adeo nec Romanum Pontificem, ut ea simul cum matrimonij usu currat, posse dispensare. Posset tamen idem Pontifex, cum iam Sacerdote, iam Diacono, aut Subdiacono dispensare, ut abiectione Sacerdotij, Diaconatus, Subdiaconatus, ad vitam coniugalem conuolare.

XX. Perelius tamen hæret, Videor mihi, inquit, si questio sit de presentibus Sacerdotibus, qui iam cœlibatus votum emiserunt, non vniuersaliter legem cœlibatus posse relaxari. Nam multi sunt inter eos, qui matura deliberatione voto se adstrinxerunt: & nonnulli, qui non magnacum difficultate votum possunt adimplere: & qui hodie fragilis est, crastina die per Deieratiam fortis redditur, & adimplendum promissum potens. Et esto quod sine difficultate non posset, quid tum? His verbis apparet eo inclinatio, ut negaret dispensandum. Tamen labascit statim. Quod si non aduerterunt, nec matura deliberatione se adstrinxerunt, videat Romanus Pontifex, qui circa hæc solet dispensare, quid agendum sit de particularib. ceterum legem manere oportet intactam, pro iis qui tam cœlibatus se adstrinxerunt. Facile coniicias anxiū fuisse, et solent quos superstitio detinet.

XXI. Quid quod ne ab ipsis quidem legis relaxatione abhotuerunt omnes? Olim Æneas Sylvius, post Papa Pius secundus, libr. 2. Commentarius de gestis Concilii Basileensis, Fortasse non esset peius, Sacerdotes quam plures uxorari: quoniam multi saluarentur in sacerdotio coniugato, qui sterili in presbyteratu damnantur. Imo apud Platinam, Sacerdotibus magnaratione sublatas nuptias, maiori restituendas videri. Cui assensum tuum Hofmeisterus commodavit, Recchè haud dubio, inquit, Pium Papam dixisse credimus, fuisse causas cur adimeretur sacerdotibus coniugium: sed multo maiores esse causas, cur reddi debeat. Polydorus Virgilius de Inuentoribus libr. 5. cap. 4. Foritan tam è republica Christiana, quam ex ordinis usu esset, ut tandem al quando ins publici matrimonij sacerdotibus restitueretur: quod illi sine infamia sancte potius colerent, quam se spurcissimè eiusmodi naturæ virtus turificarent. Lisleus Caroli noni Regis nostri legatus apud Papam Pium

quartum tempore Concilij Tridentini literis ad Regem datis sexto Novembri anni 1569. Agere, inquit, cœpicium Papæ præcipue super articulo de communione sub virga specie: quod illi, meo iudicio, non fuit ingratum: dixit autem mihi, semper existimasse hunc articulum, ite inquit coniugium Sacerdotum, esse iuriis positum. & posse mutationem admittere: etiamque ob causam in nonissimo conclavi suscepsum se fuisse tanquam Lutheranum.

XXII. Perelius, Multis piis viris: & doct̄is usum est, attenta hominum frigilitate, & dissolutione mulierum Ecclesiasticorum hoc tempore, in quo maxime languet Ecclesiastica disciplina, sacram cœlibatus legem debere relaxari, ut evitarentur multa scandala & fornicationes, quæ quotidie videmus in Ecclesiæ accidere, putantes hac aliter evitari non posse, nisi adhibito concupiscentia remedio, scilicet matrimonio. Sed & olim Abbas Panormitanus, de quo hæc recitat Sanctus Iohannes libri 1. cap. 3. Plus iam audet: quod scilicet posset vel Papa, vel Concilium, statuto permittere clericis, matrimonio ante sacros ordines contracto vti, ut Græcis: idque se imbutanter putare, respectu posteriorum, qui nondum sunt efficii clerici: & sic nec ad continentiam obligati. Quinimo salubre reputat consilium, si nolentes ex toto continere facultatem, que toleratur in Græcis, haberent: experientia docente, plus mali quam boni ex ea lege resultauisse. Sic enim pra carnis rebellione continere non valentes, non se immisercent tam grauibus peccatis, vñi cum sua cuique uxore rem habere, peccatum non esset. Faceret igitur Ecclesiæ boni medici instar, medicinam, quæ obſit magis, quam proſit, tollentis, cum lex laqueum magis tollere debeat, quam iniungere. Et hæc super ordinandis in futurum. At veromaius dubium in iam ordinatis: veritas tamen ei videtur, quod possit Papa cum eis dispensare, cum id cl. ricorum votum sit iure positivo. VVendelinus Stambachius Supplemento Bielis quæst. 2. distinc. 2. 4 A vto continentia quod faciunt ordinandi, possunt, accedente dispensatione Papali, liberari. Imo sicut Ecclesiæ statuit, quod sic fieri debeat, ita posset ipsum tollere & retrahere.

XXII. Exiguo ab his interuallo videtur Bellarminus distare, Probandum nobis est (inquit cap. decimonono) votum continentia esse ordinibus sacris annexum, ita vt nec ducere uxores, nec uxoribus antea ducitis ut liceat post ordinationem: positivo quidem iure, sed antiquissimo, & quod nullo modo expedit, ut hoc tempore daretur. Nota. Non negat relaxari posse: sed tantum expedire. Tum autem expedire, non in vniuersum: sed tantum hoc tempore. Magnam, imo insperatam Jesuicæ benignitatem!

XXIV. Atque haec tenus Papistarum opiniones: & tam multis quidem explicata: quia interest, meo iudicio, ponit ob oculos tantam incertitudinem, quantum necesse est emergere ex humanis constitutionibus. Nam nec qui leges ferunt, possunt omnibus rebus prospicere: plerumque etiam abiecti variis præiudicis multa vel despiciunt, vel negligunt, vñne ab incepto abducantur: quæ maxima vis est superstitionis. Itaque post eas latas, cum ingerunt se noua incomoda: proditque se maxima difficultas implendarum: tum emergunt scrupuli, qui variis momentis conscientias huc illuc distraheunt: vt necesse sit variari sententias, quibz cohendis sufficere non potest humana autoritas, minime a. omnium urreptitia. Sed & pertinacia retinendi legem, pugnans cum priuato fauore, particula exocgitat remedia, in incommode vniuersali: vnde fieri non potest, vt non turbetur Ecclesiæ tranquillitas. Experimentum vide. Dum enim disputant in vmbbris otiosi Sophistæ, de porestate dispensandi, Papa autem hanc sibi reapse vendicant: interea Christianitatem inuasit terra libidinis lues, quam ne ipsis quidem supersticiosissimis dissimulare integrum sit.

XXV. At Catholicorum omnium vna est & simplicissima definitio. Matrimonium in iis esse; quæ indifferentia dicantur: itaque momentum per se ad pietatem, impietatemve, certum nullum habere: sed per accidentem: prout enim quis vñtatur, ita esse. Institutum tamen, Deo teste, ob temporalem necessitatem: maximè vero post peccatum, cum ex honesto adiumento, factum est potens libidinis remedium. Itaq; præcisa nulla Ecclesiastica lege aut imponendum aut prohibendum: sed liberæ cuiusq; voluntati permittendum. Imo docendum, ex institutione diuina esse: ac proinde per se, vñle, bonum, sanctum: per accidentem duntaxat vitiatum peccati sordib. eti magis, non tamen aliter, quam usum cibi, potus, vestium, diuinarum, & similium, quæ ad vitam in seculo propriæ pertinent: ad vitam autem spiritualem, non nisi per accidentem.

XXVI. Posse igitur vnumquaque, priuatis apud se expensis causis & rationibus, abstinerre matrimonio: quomodo multi sibi vno interdicunt: & maximè eos, quibus latissim viri concessum ad retundenda libidinis incentua. Rationabile etiam abstinentia causam esse: vt quis expeditior sit ad munus aliquod sibi impositum obeundum; siue id seculare sit, siue Ecclesiasticum. Nihilominus tamen non peccare, ne eos quidem, qui etiam aduersus libidinem fortis sint, aut publico seruant, si coniugatam vitam eliant. At eos peccare, qui sentientes suam in naturali morbo infirmitatem, tamen, hoc tanto, tam bono remedio dedignentur vti. Monendos esse igitur singulos, vt se norint, suasq; examinent vires, ne forte majoris specie boni, iugis sibi imponant, quod ferre nequeant.

XXVII. Denique & vno verbo, Virgilius illud retinēmus constantissimè, Cœlibatum nemini esse præceptum, lege diuina, neque coniugium quidem. Et hanc à Deo non tantum permisam, sed etiam statutam indifferentiam, addimus à nemine hominū, ne Angelorum quidem esse violandam. Itaque non inconsultum duntaxat, & temerarium, sed impium etiam fuisse auctum eorum, qui tam leuerè Ecclesiæ presbyteris Cœlibatum imposuerunt, vt nihil quantumvis infandum, diligentius, curiosiusq; prohibuerint, quam matrimonium.

XXVIII. Hæc nostra sententia est. Itaque nihil nisi caluniantur, qui imponunt nolle nos Sacerdotes esse non coniugatos: nihil nisi furiosi mentiuntur, qui aduersum nos declamat, tanquam fautores libidinum, pudicitiae osores, virginitatis hostes, & quid non? Nam tota hac controvèrsia, ita se gerunt aduersarij, vt nullos modis limites sibi p̄t̄ r̄p̄s̄ manifestum sit: adeo vix aliter salutat, quam Nicolaitas, an Borboritas, aut si quod est aliud genus hominū, quod incontinentia impudicitia, spurcitia fræna laxari, nulloque discrimine pudorem habuerit & impudentiam. Sed nos disputationem aggrediamur. Nam hos importunos latratus, nostrum est desplicere: ipsos propter conscientia, addo etiam vita testimonio acquiescere, dum sumus ille iudex nostram vñscens innocentiam, his calunias-

LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. II.

273

mniatoribus, aut mentem vertat in melius, quod serio optamus, aut. Sed hoc iudex viderit.

XXIX. Status questionis facile apparet, non esse in thesi de omnibus hominibus, sed in hypothesi de presbyteris & Diaconis. Diserta ergo quæstio, Vtrum his liberum sit vi matrimonio. Nos assimus, Papistæ negant, Nec distinguimus contractum à contrahendo, quia censimus istud de causis utrumque aut concedendum, aut prohibendum: Nam neque, qui distinctionem superstitiones obseruarunt Græci, causas vilas notarunt, ob quas unum prohibuerint potius quam alterū: Et quod Larini sūxere votū: nihil ad rem: eadem enim quæstio quæ querit, an sit prohibendum matrimonium, in controversiam vocat etiam, utrum Caieranus, opus, tom. I. tract.

27. Quod sacerdotum impedit matrimonium contrahendum intelligendum est de congruo: quoniam necratione, nec autoritate probatur, quod absolute loquendo, sacerdos peccet contrahendo matrimonium, quipotius ē ratio ad oppositum dicitur: quoniam nec ordo in quantum ordo: nec ordo in quantum sacer, est impeditum matrimonij.

C A P. II.

De vnius vxoris viro.

I. Occupatissimum habemus in primis Pauli testimonium, I. ad Timoth. 3. Oportet Episcopum εὐείληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἀρδεα, irreprehensum esse, vnius uxoris virum. Et ad Titum primo, Ut constitutas oppidum presbyteros, sicut ego tibi mandavi. Si quis est αἰσχύλος, μιᾶς γυναικὸς ἀρδεα, inculpatus, vnius uxoris vir. Et similiter de Diaconis. Ad Timotheum, Diaconi sint vxoris mariti, qui liberis recte præfint. Et paulo ante hos ipsos iubet habere, Vxores honestas, non calumniosas, sobrias, fidias in omnibus.

II. Manifesta res. Describit enim Paulus, cum, qui sit eligendus in Ministerium Ecclesie: ideoque notat virtutia, quibus eum carere oporteat. In virtutis, primo matrimonium numerat nunquam: quod tamen curiosissime faciunt Papistæ: & quidem adeo, ut reliqua omnia amittant potius, quam unum hoc. In quo necesse est, aut Pauli fuisse immanem cordiam, absurdissimamque incognitiam, aut esse deinceps horum intolerabilem audaciam.

III. Secundo, tantum abest, ut nominarit in virtutis: ut potius virtutibus adscriperit. Si quis sit vnius uxoris vir. Quomodo, Si quis sit inculpatus. Hoc ausit vñllus Papistarum? Quid? quod virumque iungit εὐείληπτον siue αἰσχύλος & μιᾶς γυναικὸς ἀρδεα? Itane? Hoc Siricius proberet: hoc lesuita toleraret: ut qui presbyter sit & vnius uxoris vir idem sit nullius criminis reus? Ipsi viderint. Nobis Paulus vñus pro multis; imo vñus aduersus omnes restis sufficit.

IV. Varie se hic torquentes videoas Papistas. Et primo elicere nos fingunt, necessitatem nuptiarum. Alphonsus de Castro, ex quibus verbis, colligunt Lutherani, non solum licitum, sed & necessarium esse, ut Episcoporum & sacerdos unam habeat uxore. Similiter Hosius, similiter alii. Et Bellar. ipse non induxit inanimum aliter: non Vasques, qui hoc nos differt notat à Theodoreto in explicando hoc loco. Negant autem hanc esse Pauli mentem. Alphonsus, Paulus in illis verbis non exigit matrimonium, in eo qui ad Episcopatum affundens est, ut tanquam indignus sacerdotio habeatur, qui liber ab uxoris vinculo viuere voluerit. Et probant variis argumentis, tum quod Christus, atque Apostoli, alii plurimi Sancti viri in Sacerdotio fuerint cœlibes: tum quod ipse Paulus virginitatem præponat matrimonio: neque verisimile sit voluisse priuare Sacerdotes potiore virtute: tum denique ab autoritate Veterum.

V. Sed iniuriam nobis fieri Deus testis est: & res ipsa clamat: neque enim vñllum vñllus locum proferre quisquam potuit, in quo vel tenuerit huius conclusionis argumentum. Imo neque vñllum: à quo ea necessitas sit asserta. Contra Calunium audi in priorem ad Timotheum. Neque tamen eorum opinionem improbo, qui putant Spiritum Sanctum Diabolica & superstitione voluisse occurrere, que postea obrepserit: ac si dixisset adeo non cogendos ad calibatum Episcopos, ut maximè pios deceat coniugium. Hoc modo non exigerebat illi tanquam rem necessariam, sed tantum laudaret, tanquam ab officiis dignitate minime alienam. Bezan, Non excluduntur ergo, qui continentia donum habent: sed quod rari essent illi, coniugatorum sit mentio, & quidem, damnata expresse polygamia. Quanquam testibus nullis indigenaus in re, cuius est quotidiana vñs. Nam apud nos, Pastores, quamdiu volunt, sunt cœlibes: nonnulli etiam ad extremum vitæ diem. Ne ergo frustra fatigent se viri, si forte, boni colligendis rationibus, sibi ipsi potius imperent: ut agant nobiscum bona fide.

VI. Viderit tamen Renatus Benedictus, quid sibi voluerit, cum in Panoplia ad hunc locum scripsit, Tantum abest, quod Apostolus præcipiat omnes Ecclesiastios habere vxores: ut etiam doceat, non esse admittendum aliquem ad Ecclesiasticum ministerium, qui plures habuerit vxores. Nam hæc verba, quam habent rationis vel micam, videre ego quidem non possum. Quali vero maius sit aliquod crimen, coniugatum esse Sacerdotem: quam polygamum vñ non illud tantum, sed hoc etiam prohibeatnr.

VII. Secundo, fuere olim, qui vxores allegoricūs, intelligenter. Ambrosius citatur à Cotonio, ex c. 4. de Dignitate Sacerdotali, Vnus uxoris. Si ad superficiem tantum litera respiciamus, probabit digamum Episcopum ordinari. Si vero ad altiorem sensum concendamus, inhibet Episcopum duas vires, ut per Ecclesias: & si adhuc introrsus profundiora perscrueris, monet ne post Catholicum dogma, sensum inueniatur Episcopus habere hereticum, sed Christianam tantum orthodoxam & Catholicam sibi associet fidem, ut vnius tantummodo uxoris & catholicæ Ecclesie vir Episcopus vocaretur.

VIII. Sed hinc nobis negoti nihil. Praescripsit enim Hieronymus, Epistola ad Oceanum, Quidam (ait) coacte interpretantur, vxores pro Ecclesiis, viros pro Episcopis debere accipi. Et hoc in Nicana quoque Synodo à Patribus esse decreatum, ne de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur. Theophylactus item, Plerique etiam, in consideratis tamen affirmant de Ecclesia hac dixisse Apostolum, tanquam enixa prohibeat ab Ecclesia esse ad Ecclesiam transmundum, quo esse adulterium dictauit. Ille coacte: hic inconsiderate. Et vero

ita est. Nam cui fiat vñquam verisimile, uno tantum aut altero verbo diuertisse Apostolum in tam longe quæstas allegoriae ambages, quam neque precedentia innuant, neque sequentia declarant? Addc ipsius tropi insolentiam. Sed & sequentibus quid manifestius? Sua domini bene preser: liberos contineat in subiectione. Enimvero, si Ecclesia vxor, quænam domus erit? qui liber? Præterea, vxores itidem honestas, non calumniosas, sobrias, fidias in omnibus. Quomodo hæc accommodes Ecclesias?

IX. Itaque etiam Pa: ista Salmero numerat in sensibus leuioribus, ac minus solidis: & solent, inquit, detorquere, disputationes contra eos, qui plures Ecclesiæ Cathedrales, aut plura beneficia curam animarum habentia, ambiti ut. Verum hoc minime solidum est: & verbis Apostolicis minus congruit: hoc enim mysticum est, & bonum sensum habet: sed non est ad mentem Apostoli. Seuerus Iustinianus, Aliena proposita censeri debet eorum interpretatio, quam merito Hieronymus, & Theophylactus confutant.

X. Tertio; Arbor ore, Illa, inquit, Pauli verba per exclusionem bigamorum accipienda sunt, ut intelligatur indignus esse Episcopatu, qui bigamus fuerit, aut secundam duxerit uxorem. Et huic assentuntur omnes ferme.

XI. Et ita est sane, inquam. Quid tum aurē aut quo inde fit argumentū deterius? An quia, si excluditur dignitas, ne matrimonium quidem ferri queat? Imo nos censimus sic dictum, quomodo αὐτάγονος, non vinoleum, ad exclusionem remulenta: non ipsius vini: sed vt vino possit vti. Et habens liberos in subiectione, ad exclusionem insolentia, non vero liberorum iplorū: sed vt possit, qui liberos habet esse Episcopos. Denique quomodo soberium, prudentem, vt excludatur ebrios, & temerarius Vno verbo, quæcumque affirmativa sunt, duo consignant, quorum vñni excludatur, nempe oppositum, & alterum ponatur. Permittant similiter, admitti vxores: nos non libenter, polygamiam cum illis impugnabimus.

XII. Quarto, Hieronymus olim in auctu disputationis excedere sibi pulsus est istæ verba, Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, ut nulli virio mancipatus sit: vnius uxoris virum: qui vñam uxorem habuerit, non habebit. Lib. I. aduersus Iouianum.

XIII. Magnum profecto in tanto viro peccatum audaciæ. Nam primo, cum in viuis de præterito tempore fuit loquendum, habes diserte, ηδονὴ εἰδος ἀρδεα, que fuerit vnius viri uxori: at hic simpliciter μιᾶς γυναικὸς ἀρδεα. Cur nihil sit discriminis? Deinde cui fiat verisimile, in tanto articulorum numero, hunc vñnum de præterito intelligendum? Aut quis non viderit à cōmuni per omnes repetendum τὸ ἄγαλμα: Oportet irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum, vigilantem, soberum, compositum: & reliqua: & hæc quisquam fanus sit explicit, vt secundo loco supplet fuisse, reliquis omnibus repeatet esse? Quis tantam patienter ferat ἀρουραῖα?

XIV. Tum si fuisse virum voluit, non esse: quorsum illud statim: Vxores modestas, non calumniosas, sobrias, fidias in omnibus? Aut quid possunt nocere, quæ olim fuere, nec sunt amplius vxores? Quis legitimam dicat exceptionem ad uersus eligendum, siue olim illi uxorem non bene morata? Nec vero in tanta huius quæstionis austeritate memini fuisse vñquam quicquam a quo quam simile obseruatum.

XV. Enimvero, eti mulieres non vxores interpretati sunt olim quidam, siue indifferenter nominatas siue peculiariter Diaconissas: tamen: ita exigente contextu, recentiores omnes contentiunt vxores dicendas: non nostri tantum Caluinus, Beza, Aretius, Piscator, Pelicanus: verum etiam Papius, Lombardus Mulieres ordinatorum, Thomas, In exatribus eorum requirit quatuor. Caetanus, Mulieres pro vxores, procul dubio Episcoporum, & Diaconorum. Guillandus, Sermonis tenor declarat, Paulum loqui de vxoribus Episcoporum & Diaconorum. Siquidem Paulus non hic instituit vniuersum populum, sed Episcopum cum sua familia, & clientela, quam vult totam esse illibatam, Emmanuel Sa, Vxores scilicet Episcoporum, & Diaconorum. Salmero, Praefatior videtur interpretatione B. Thome, & Petri Lombardi & Glossa interlinearis: qui haec de vxoribus Episcoporum & Diaconorum accipiunt. Benedictus Iustinianus, Eorum mihi sententia ad mentem Pauli prænior videtur, qui de Episcoporum & Diaconorum vxorib. explicat: nec n. dubito, vt Gracianodices aptere docent, mulieres quarto casu dixisse Paulum, quasi pendeat à superiori parti: ipso habentes. Turrianus annotatio in 2. caput 1. Constitu. Clementis, Idem requirit ab eorum vxoribus. De vxoribus enim eorum loquitur Paulus, cum ibidem, postquam dicit de sacerdotibus & Diaconis subiungit, mulieres similiter pudicas, sobrias, vt ex hoc loco Apostolica doctrina tanquam interprete Pauli intelligi potest.

XVI. Itaque olim, Vnus uxoris virum de prælenti est interpretatus Chrysostomus ad Titum, hom. 2. εἰπε γε τοι τὸς αἴτιος τὸς τὸν πάντας διαβόλος διενεὶδε τὸν τοκετόνα τοῦ πατέρος, αλλὰ τὸν τιμωντα πάτερα τοῦ τὸν ἄγνοον αλλαγεῖ τοῦ πατέρος. Obscurere prorsus intendit hereticorum ora: que nuptias damnant: ostendes eam rem culpa carere, imo ita esse preciosam, ut cum ipsa etiam possit quispiam ad sanctum Episcopatum solium subueniri. Eodem modo Oecumenius, τοι τὸν πάτερα διελεύσθε αὐτὸν αἰγάλεον: sint τοι πάτερ, αλλὰ διαρρήσθε τοῦ πατέρος. Hareticorum nuptias traducentium ora obstruit, nempe quia possit quis cum nuptiis Episcopatum administrare. Ambrosius Epistola ad Vercellenses & recitat apud Gratianum dist. 26 c. postremo, Qui sine crimine vnius uxoris sit vir, teneat ad legem Sacerdotij suscipiendi. Sic enim legitur in prioribus editionibus: mutatum in editione Gregorianâ, item in Costerij Ambrosio, Qui sine criminis est, exiguo tamen discrimine. Sed & Leo Romanus Epistola 95. Dicente Apostolo, ut inter alias electoris regulas, si Episcopus ordinetur, quem vnius uxoris viram fuisse, aut esse constiterit, tam sacerdos semper habita est ista preceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi, eadem intelligatur seruanda conditio. Quo loco non possum intactam prætermittere Bulengeri perfidiam, Leonis verba ex professo corruptientis: & illud antese detrahentis.

XVII. Quinto, respondent alii, non negari à Paulo significari Episcopos constitutos in matrimonio: sed intelligendos à suis abstinentes vxoribus. Klingius, Paulus vult, ut in electione Episcopi, eligendus non sit bigamus: nam in primitiva Ecclesia potuit promoueri in Episcopum vxoratus, eo quod ad manum semper aderant. Sic & hodie fit, quod quis mortua uxore, virgine promovetur in Sacerdotem. Sed sicut iam tenetur veterius viuere cœlebs, sic etiam tunc cogebatur: alias pro adultero habitus fuisse, & depositus ab Episcopatu. Salmero, Credibile tamen est, & valde probabile, eos qui ē coniugio promouebantur ad sacerdotium, nullam prorsus cum vxorib. commixtionem habuisse. Et post, At-

que

qui ita excludimus eos etiam, qui exponunt, unius uxoris virum, hoc est, una & sua uxore contentum, & honesti coniugii limites non transgredientem, nec alienas uxores pernolentem: nec cum concubina, aut vidua quavis scortantem, sed tantum cum sua legitima uxore consuetudinem habentem.

XIX. Et habent assidentem Occumentum. Non fert legem, ut dicitur, ut uxores tue sint deo & diuinae & Epiſcoporum, ut omnino oporteat non uxoratum esse Episcopum: sed si contingat, inquit, esse dñm noster uxor, a secularibus, ut dicitur, ne sit secundis nuptiis implicitus, sive, ut ad coitum unicam norit uxorem legitimam: verum tamen vocatus ad Episcopatum, illud impleat: ut qui habent, inquit, uxores sint tanquam non habentes. Et, Volo omnes esse sicut me, inquit Paulus.

XIX. Sed hoc profecto nunquam dixit, nunquam indicauit Paulus; neque vallis Apostolorum: multo minus Christus. Itaque somnium est, quod sibi fixerunt aliquot post Apostolos seculis. iij, qui multo se subtilius putarunt in Ecclesiā facultatem penetrare, quam ipsum Spiritum Sanctum. At Salmero disfusus tanta audacia. Credibile dixi, & valde probabile, ut ne frontem probris amississe videretur. Quanquam scribat tamen non esse verum, sed ita oportebat Sophistam illudere lectoribus.

XX. Et sic quidem soluere nodum conati sunt varijs, sed alii secare consultius putarunt: nempe id, quicquid fuit, a Paulo dictum esse antiquatum, Arboreus. Conseruando illa, secundum quam permisum erat, ut alligatus matrimonio promoueretur ad sacerdotium, inuuluit usque ad tempora Nicani Concilij, in quo ut fertur generali decreto statutum est, ne aliquis uxorem habens conficeretur sacerdos. Cotonus etiam, & Coccius citant ex Chrysostomi homilia 2. in Iob, quod ego tamen legere non potui in editione Parisiensi anni 1543 Paulus Apostolus, ubi ad gentes proficiunt, sumum virtutis pondus illis non imposuit: sed ut in orbe adulteris fornicationibus replete, voluit orbis pastores constitueret, & quoniam virtutes raro inueniebantur, Episcopos ordinans, Tito dixit, Constitue Episcopos, sicut ego disposui: omnis uxor virum: non ea ratione, quod id nunc in Ecclesia obseruetur: ortet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse: sed quod id quandoque ad eos, qui in fornicatione erant magnum fuit: ideo dicit, Constitue Episcopos, sicut ego disposui tibi: si quis est sine crimine, omnis uxor vir: non quod id legis loco posuerit, sed quod error iognocet.

XXI. Et tamen, inquam, paulo ante Leonem audiuius pronunciantem hanc Pauli praeceptionem semper esse habitam sacram, Potuitne ita, & tamen non obseruari? Et viuebat tamen Leo longe post Concilium Nicenū, etiam post Chrysostomum. Et is semper dixit fuisse sacram: nimirum ad sua usque tempora. Et quidem semper: non aliquando sacram, alias antiquam: sed semper sacram. Et nobis Arboreus obiiciat Nicenum Canonem? Et nobis Chrysostomus excipiat sua tempora? Nugae. Quanquam ille Nicenum obiicit non certosciens: sed, ut fertur, fundamento solito ad stabendum cœlibatum, sed inter superstitiones.

XXII. Quid nonne constat apud Græcos semper licuisse coniugatis esse Presbyteris? & uxoribus vti, quibus ante erant copulati? Adeo ut ne hodie quidem aliter: Nec desit ergo Pauli præceptio autoritate Niceni Concilij. Hoc enim fuit Oecumenicum, & non Latino tantum orbi, sed & Græco leges præscriptis. Quanquam hoc de Concilio post viderimus prolixius.

XXIII. Denique superiores nos sumus scriptis diuini iuris tabulis. Proferant illi oppositam eiusdem iuris constitutionem, quæ illam refigat. Sed non habent proferre, nisi humanas, & has quidem nullas vniuersales, & authenticas. Desinat ergo esse Catholice Ecclesia molesti: & suam pīs viris integrum relinquant libertatem, quam habent ab ipso Deo.

C A P. I I I.

De Uxore propter fornicationem.

I. Prioris ad Corinth. septimo Pauli verba sunt. Propter fornicationes, quām quisque uxorem habeat, & proprium queque virum habeat. Uxor vir debitam benevolentiam reddat: similiter autem & uxor viro. Uxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed uxor. Ne fraudate alius alium, nisi si quid ex consensu ad tempus, ut vacatis ieiunio & precibus: & rursum simul conuente, ne tentet vos Satanus propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico ex concessione, non ex imperio. Et paulo post, Dico autem cœlibibus & uidiuis, bonum eis est, si manerint, ut maneo ego. Quod se nō continent, matrimonium contrahant: nam melius est matrimonium contrahere, quam vri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, denuo, non ego sed Dominus, uxor à vero ne discedo.

II. Hæc Paulus: Nos inde, Ergo inquit, cuilibet Sacerdoti liberum est esse coniugato: id est, tum uti uxore, quam habuit ante susceptum sacerdotium: tum uxorem ducere post initum sacerdotium, sive primam, sive secundam. Probatur consequentia: tum, quia Paulus vniuersali nota vñs est, & quisque nulla prorsus additalimitione, nulla exceptione Episcopatus, Presbyteratus, Diaconatus: ne distinctione quidem, aut temporis ante post uti sacerdotium, aut conditionis, virginum, aut viduorum: tum, quia causam notauit, non peculiarem, sed indefinitam. Nam fornicationis, & periculum & que imminet Episcopis, Presbyteris, Diaconis: & peccatum in his longè gravius: ideoque intelligentius vitandum.

III. Etiam hic varijs sunt Sophistæ. Primum calumniatores, cum nobis consequentiam affingunt non nostram. Costerus: Ergo nemo carere debet uxore. Salmero disput. 10. in hanc Epistolam, Additum præterea illi nebulae, hic præcipere Apostolum, ut unus quisque suam uxor habeat, & una quaque suum virum. Ecce, aiunt, nullus penitus excipitur. Richeomus: Antecedens habet: ei qui continere non potest, melius esse matrimonium contrahere, quam vri: illi autem consequens eliciunt: absolute melius esse matrimonium contrahere. Hæc illi. Et alia a li nobis de suo condonando, tum triumphant refutando. At nos nihil simile admittimus, agnoscimus: Sed id, quod vidit Arboreus, Dicit Paulus: Qui non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam vri ergo si

sacerdos non possit continere, non peccat ducendo uxorem. Hoc nos si obtineamus, nihil est quod vterius pertendamus.

IV. Alij paulo magis accedunt ad hanc mentem nostram: Et calumniantur tamen. Smytheus, habent isti persussum, inquit, Paulum hoc loco sensisse, librum esse atque integrum cuilibet contrahere matrimonium, quando in sua libido eum pellexerit ad venerem. Dauentria, Haud quaquam, inquit, ut somniant hic aduersari, Paulus cuilibet contrahendi matrimonij copiam facit, cum se titillauerit innata libido. Sed ista nem o non videt esse inuidiosus dicta, quam verius: ut solent, qui iniquiores sunt verbis suis exasperare eorum, quos suscepserunt impugnandos, sententiam. Modestus Salmero, Ex quo loco inferunt, etiam monachos & clericos in sacra constitutos, & Altaris ministerio additos, & sanctimoniales, quæ se per vota castitatis addixerunt, hanc facultatem habere matrimonij contrahendi: quia ubi viget ratio, & finis legislatoris ipsa quoq; legis debet vigere dispositio: si quis enim continere se non valeat, inquit, cur illis hac facultas denegabitur? Et vero longe aliud est non continere, & vri: quibus Pauli vocabulis vñm libenter, quam titillari libidine.

V. Sed his omisssis, qui non tam suum traducunt iudicium, quam conscientiam profligunt: eos potius attēdamus, qui solidius disputatione volunt videri. Smytheus, Apostolus nuptias his verbis nec præcepit, nec consiluit. Accedunt Smythæ: Alphonsus de Castro & Dauentria, Probant ex sequentibus, Quippe quod horum utrumque inquit Smytheus, ex diametro pugnet, cum his, quæ mox apud eum sequuntur. Quomodo ergo? Non est verisimile inquit de Castro) ut Paulus nuptias præcipiat, qui post pauca verba sepe dedit consilium de non nubendo, & sepe hortatus est ad illud. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem. Qui sine uxore est, sollicitus est, que Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui matrimonio innigit virginem suam, bene facit, & qui non innigit, melius facit. Hæc omnia, inquit Alphonsus, contradicent verbis à Lutheranis citatis, si, ut illi dicunt, Paulus per illa, aut recipere, aut considerere iis, qui matrimonio iuncti non sunt, ut matrimonium contraherent.

VI. Sed primo, Alphonsus non agit sincere, cum negat Paulum, aut præcipere, aut consulere matrimonium iis, qui matrimonio iuncti non sunt. Quasi id habuisset à quoquam nostrum. Nos vero consideratus hæremus Pauli verbis, loquétis de iis, qui non continet, qui vñruntur. Et his dicimus, si non præcipi, at certe consuli matrimonium. Et quanquam verum sit aliquo sensu illud ipsum, quomodo verum est, qui animal dicat, dicere hominem, id, aliquo animal: tamen in disputando, vitanda est omnis ambiguitas, quæ nulla est in verbis Smythæ, negantis simpliciter, aut præcipi, aut consuli nuptias.

VII. Et præcipi quidem non vñgemuſ. Quia ista perspicua sunt, Hæc dico ex concessione, non ex imperio: neque nos solemus manifeste Scriptura quicquam opponere. Itaque consentimus nihil hominum generi necessitatē imperari contrahendi matrimonij: ne iis quidem qui vñruntur. Tum quia possint alia remedia usurpari, qualia sunt in precib. & ieiuniis, tum, quia potest quis fortiorib. vinculis obligari ad continentiam: puta, præsentia aliquæ necessitate, sive temporis, sive officij. Exempli gratia. In dura persecutione Ecclesiæ, potest quis, animo versans infinita incommoda, quæ impendent coniugatis, abstinere a matrimonio, etiam si & stus illos intra se sentiat: sive, qui vocatus ad ministerium verbi, videbit, sibi impedimento fore uxorem, & liberatos.

VIII. Concedimus ergo non imperari. Sed non consuli, quis sperasset quenquam negaturum? Aut, quid est, quæ so, verbis Pauli, ut nullum sit consilium? yuānū iż ira. Hoc primum. Atqui illud, Vnde omnia, da pauperibus: vñrgent Papistæ, tanquam consilium. Et istud, u. Z̄tū yuānū. Cur illud minus? Sed & cum legitur: Qui non innigit, melius facit, taneum non deierant esse consilium. Cur non cum audiunt, Melius est nubere, quam vri? Vnde est, quæ so, in rebus non dissimilibus, tam dissimile iudicium? Deniq; si non est consilium, quid igitur est tandem? Nam oblitus sunt docere. Ego in moribus agnosco extrema, Præcipere, & prohibere. Media autem consulere, & tolerare. Et puto præcipi res bonas, prohiberi malas: consuli: quæ accedant prius ad bonas: tolerari, quæ ad malas: sic mandatur amor proximi, consilium venditio facultatum: toleratur diuortium, prohibetur furium. Quæ so à vobis, Papistæ, quid nobis autores estis, ut dicamus? Præceptum neque vos vñratis, neque nos vñgemuſ. Prohibitionem, puto, & nos recte negamus, & vos non ponitis. Quæ frons enim ausit, Uxor habeto, prohibitiōnem dicere? Superest ergo, vel consilium, vel tolerantia. Atqui non consuli, inquit, Tolerabit ergo. Ut magis accedat matrimonium ad mala, quæ prohibenda: quæ ad bona, quæ imperanda? Matrimonium, inquam à Deo institutum: & quidem ante peccatum: matrimonium; u. t̄n dūl̄r̄s. n̄m̄s c̄ w̄t̄; Matrimonium denique, cui addita Ecclesiæ benedictio solenans. An mihi exemplum quis dabit, rei tantum toleratae, cui bñdixit Ecclesiæ? Sed hoc suo loco,

IX. Nos igitur, neque prohibuisse, neque tolerasse Paulum dicimus. Sed consuluisse saltem afterimus. Consuluisse tamen ita, ut non fuerit procul ab imperio, posita incontinentia circumstantia. Quomodo Medici, posito morbi periculo ita consulunt ægrotos, ut tamen propiores sint imperantibus, nempe, quia consilij neglecti additur comes damnum præsens. Denique hoc genus consiliorum in iis rebus esse solet, ut plurimum, in quibus nihil mali, si vñris: sed incommodi non nihil, si omittas.

X. Quam autem obijcunt contradictionem? merum est, u. q̄m̄l̄r̄s. Continentaliam Paulus confutit: Fator, ergo non consulit matrimonium, nego. Nam, quia utrumque est indifferens, cur non possit utrumque consuli? Non tamen absque distinctione. Et hanc Paulus expedit. Qui non continet, contrahat matrimonium. Hoc ille diserte posuit: at nunquam: Qui non continet, cœlibatum colat: quæ vera esset contradictione: quanquam hæc non magni fiat ab aduersariis: qui vñruntur sentire, posse castitatis votum non frangi per scortationem, certe Sacerdotem, quem dicunt vñrere cœlibatum, propter fornicationem non mouent ordine, sed tantum propter matrimonium, prætextu voti violati. Tam sunt exæsti rerum estimatores.

XI. Alij iam non negant Paulum, aut imperare, aut saltem consulere: tantum distinguunt personas: idque duplicitet, Pauci non nulli, non coniugatis à coniugatis. Pau. u. ergo loqui de iis, qui à Paganismo ad Christianismum

mum transirent iam vxoribus copulati, ut ne ab iis discederent. Quæ explicatio est Smythæi, Alphonsi de Castro, Costeri, Salmeronit.

XII. Hanc solutionem tribus fulciunt argumentis, à scopo, à verbis, à testibus. Respondere Paulum quæsito Corinthiorum, dubitantium, an conuerso ad Christianismum licet ut coniuge ante id tempus suscepit: an vero esset abstinentia: Paulum ergo respondere, licet evit: imo exigentib, reddendum debitum. Ex toto itaque illius litera decursu, inquit Alphonfus: colligitur aperiā in illis verbis, quæ profecitam Lutherani, nihil propositus in illorum favorem dicere: quoniam de coniugib, illie loquitur, & non de iis, qui nullo matrimonio vinculo tenentur. Præterea dicere, Vnusquisque suam uxorem habeat. Non accipiat, sed habeat, id est, retineat, & illa utatur. Dicens etiam, suam, manifeste ostendit te de retentione, & vnu illius, quæ iam erat sua, loqui, & non de illa, quæ ducenda erat, & adhuc non erat sua. Denique testes, commentarios in hunc locum, Ambrosij, Hieronymi, Chryostomi, Occumenij.

XIII. Verum inceptius est artificium, quam ut quenquam possit decipere. Quis enim non vider Paulum loqui etiam de nondum coniugatis? Nam primo, si de coniugatis duntaxat, ergo ne negent Papistæ, plus esse in verbis Pauli, quam consilium. Nam, qui exori fidem suam obstrinxit, iam liber non est, quod ipsi fatentur, ne in viu quidem corporum, quem Apostolus honeste circuloquutus est, per debitam benevolentiam. Tum autem disertum extat Dei mandatum, Quos Deus communxit, homo ne separato. Deinde, quid habent quod regerant ad illud, Si non continent, juxta tuorum, miliant, ut habet Vetus interpres, inepit, vel matrimonium contrahant, ut melius Beza? Nam si illa, suam habeat uxorem, aliquid habebant ambiguitatis, quo aut se ipsi deciperent Sophistæ, aut alii imponerent: hoc tamen, juxta tuorum, tam est disertum, ut nullis tricis vñnum relinquant locum. Quis enim ignorat, nubere, contrahere matrimonium, de iis dici, qui non ea vtantur quam iam habeant suam, sed aliquam ducant, ut sit sua? Itaque nota, Λύρανος καὶ πάπιστος, καὶ τοῖς χρήσταις, Dico cælibibus & viduis. Quid disertus?

XIV. Tum autem, si idem sit, habeat uxorem, & utatur uxore, quorsum statim, Vxori vir debitam benevolentiam reddat? Nam haec benevolentia, quid est aliud, quam vñus mutuus? Vedit hoc Thomas, & manifestè distinxit, Deinde: cum dicit, Propter fornicationem, ostendit quid circa hoc sit necessarium: primum quantum ad contractum matrimonij: secundum quantum ad actum matrimonij tam contracti: ibi, Vxori vir debitum. Qua & Lyrani sunt ferme ad verbum.

XV. Verum aiunt, quæsierant Corinthij, utrū licet uti coniuge in Ethicismo accepta. Quæsierant, inquam, at primum non ita simpliciter, sed cum limitatione, coniuge Ethica, siue infidelis, id est, quæ post conuersationem alterius partis maneret in infidelitate. Itaq; si tam sunt iniqui rerum estimatores adulterari, ut ne vel pilum discedi velint à Corinthiorum problemate, cur expatiantur in omne uxorum genus, & pro iisdem habent fideles, & infideles?

XVI. Deinde, facita quæsisse: an vero id duntaxat, & nihil præterea? Non videretur. Nam & ipse Paulus, Caterum, inquit, de quib, scriptis ad me, plura indicans non vñum: deinde responso suo multa complexus capita, & quidem, quæ non possint ad id vñum referri, ut de virginib, in matrimonium dandis: & de viduis iterum nubentibus.

XVII. Deinde Interpretæ altius quæstionem repetunt. Chrysostomus, ἵηγειν αὐτὸς δὲ αἰτίας γυναικῶν, οὐδὲ αὐτὸς αἴτιος, οὐδὲ τὸ γένος οὐδὲ τὸ φύλον, οὐδὲ τὸ τῆλος τοῦ μητρός, οὐδὲ τὸ θύρων. Scripterant, oportetne abstinere à muliere, an secus: ille presribens, & de matrimonio leges forenses, inserit de virginitate sermonem. Theophylactus, Scripterant Corinthij roganies Apostolum, verum effet à re uxoria, abstinentiam an minimè. Ambrofus, Praeferens suis pseudo apostolorum exagitat, quæ nuptias per hypocrisin, ut puriores carceris viderentur, spernendas docebant, hac per Epistolam ab Apostolo requirebant. Thomas, (qui Lyranus comes est) Considerandum est, quod in detestacionem fornicationis, contra quam locutus fuerat, aliqui, non habentes zelum Dei secundum scientiam, in tantum procedebant, quod etiam matrimonium condonabant. Et, quia hoc durum Corinthiis videbatur fidelibus, super hoc Apostolo scripterunt, eius sententiam requirentes. Mitto alios. De matrimonio ergo thesis erat proposita: non hypothesis de quorundam matrimonio. Itaque ne de vñu quidem iam ducet uxoris: sed amplius de ducenda uxore.

XIX. Rursus, quid si concedam eam faisse Corinthiorum quæstionem, quam pertainunt? An propterea sequitur non esse haec verba generaliter enuntiata? Quasi non soleant hypotheses explicari proposita thesi. Certe non poterat melius constare quid esset offici ejorum, qui coniugio implicati veniebant ad Christianismum, quam ex ipsa coniugio natura. Hæc autem non ad eos tantum pertinet, qui iam copulati sunt, sed etiam ad eos, qui sunt copulandi. Tum autem ratio est generalis. Nam ὡραῖα non iis tantum vitanda, qui in coniugio viuunt, sed ijs etiam qui nondum sunt experti iugum. Itaque nihil obstat à Corinthiis proposita quæstio, quæcunque tandem illa fuerit, quominus ex verbis Apostoli apte concludamus contra Papistas.

XIX. Sed, suam inquiunt, uxorem habeat, id est, retineat, & illa utatur. Egregie. Sed primo, cur non intra hos saltæ limites continent se? Nam & hi sufficiunt iis damnandis: qui non tantum nolunt Presbyteros ducere uxores, sed & prohibent ut iam ductis. Toleretur ergo in Gracis fortasse hæc sophismatis monstrum: sed Papistæ cui vñi est? Imo appetet hoc experimento, non alio fine, subtilitatis laudem affectare, in excutiendis Scriptura verbis, quam ut tandem, sibi indulgentes, quicquid Scripturæ est susque de habeant.

XX. Sed habeat, id est, retineat: quam puerile, quam ineptum, quam alienum à verisimili. Nam quis nescit hac forma usurpari Verbum de iis reb, que nondum habentur, sed habenda, aut optantur, aut sperantur, aut deniq; inveniuntur haberi? Marci 9. ἐχειν εἰ τινῶν ἀλλα, habete in vobis salēm, num id est, vñtimi eo quem habetis, non vero, acquirite, (vt ita dicam) quæ non habetis? Et statim, Habete pacem inter vos. Et II. Habete fidem Dei. Et mille eiusmodi.

XXI. Nec vero, pronomen suum, quicquam addit. Quis enim ignorat late patere, & ad præsentia, & ad futura? Ad Eph. 4. Loquimini veritatem quæ proximo suo: scil. & quem habetis, & quemcunque habitui etis. Pot,

ad Thess. 3. Cum silentio operantes suum panem manducent. Quem, quæsito, suum panem? tantum-ne eum, quem iam suum dicebant, an etiam eum, quem post dictum erant? Prio, ad Timoth. 5. Dignus est operatus mercede sua. Et, ut reliqua præterea, quomodo mihi ista, quælo explicabunt, ad Eph. 5. Mulieres, viris suis subditæ sint. Et rebatur uxoris. Vnusquisque uxore suam sicut seipsum diligat?

XXII. In testibus Iohannes est Hieronymus, quem suum iactare possint: qui primus illud, habeat, non ducat, commentum excogitauit frigidum. Cutis tamen autoritas in hoc argumento quam sit leuis momenti, multa alia etiuncta argumenta, quæ coegerunt Viues faceri iniquiorem factum matrimonio. Ambrosius quid quælo, dixit? Quodam, nuptias spernendas docuisse. Fato: or atque id meum erat paulo ante argumentum. Quis enim nescit hoc genus hominum, ita nuptias spreuisse, & non tantum contractas damnarent: sed etiam contrahendas improbarent? Dixit rufus. Quæ fieri posset, ut hi ab uxoribus se abstinerent, quos in tantis viciis reperit? Non male. Sed cur non ab uxoribus, abstinent, le, alij iam ductis, alij etiam ducendis? cur vñrumque æque abhorret a veritatem in ijs, qui scortationib, indulget? Nihil igitur nocet Ambrosius. Quid Chrysostomus? Quid eius pedissequus Ocumenijs? Scripterunt, oportet ne ab uxore abstineret, an non. Esto, sed ut prius, tam ducta, quam ducenda.

XXIII. Hi ergo nihil promouent haec tenus. Longe maior numerus est, qui distinguunt liberos à deuotis. Arboreus, Klingius, Hosius, Bunderius, Cochlæus, Dauentria, Richeomus: ipse etiam Costerus, & Smythæus, qui fuerunt in præcedentibus. Itaque, aut hic vincent, aut omnino nulla spes futura est prosperi succensus. Quid ergo? Hominibus, inquit Costerus loquitur nullo vinculo ligatis, vel matrimonio, vel votis.

XXIV. Sed hoc illi nimis iugis audiri's, suo quodam peculiari iure imperandi, ut nobis vñum restet, & si p'z. Multo sane magis Papisticè quam præcedentes, qui se de misericordiis, ut si minus rationes, certe rationum phantasmatu ostentarent, eoque non patum de suorum mysteriorum dignitate remiserint: p'cas forte daturi, nisi succurret bona intentio. Sed danto veniam non magis defentibus tante superbiz, quam cedentibus tam vanis sophismatis. Et tamen quid promouent? Nam ut prius, ita & nunc suas ipsi vites cedunt. Neque enim deuoti tantum interdicunt matrimonio, sed etiam vñtere coguntur omnes quodammodo, cum neminem admittunt ad ordines absque eo: tam olim certe, quo scunque coegerunt etiam à legitimis uxoribus abstineret. Permittant, si sani sunt, Gracis hoc quicquid est subtilitatis: qui nunquam vñum coegerunt ad hanc continentiam, nisi celebs fuerit promotus,

XXV. Denique quorsum voti mentio? Nam nos disputamus nunc de Sacerdotio duntaxat: cui audiuius negantes non paucos, contrarium esse coniugium, si vñrum ieiungas. Seiungant igitur ipsi, neque cogunto vñtere, qui noluerit, atque ira restituente nobis Tertullianos, Hilarios, Gregorios, Prosperos, quib. maritis olim felicissime vñam esse Ecclesiam postea decebimus: & confectum furcit negotium.

XXVI. Sed argumentabunt nos à ratione legis, quam Paulus voluit expressam, & repetit à periculo fornicationis. Postea enim causa eadem, cur non effectum eundem posuerimus? Et causa permanente, res ei cohærentem per manere debet, ut verbis utrū Ioannis de Turrecremata in Canonem Sacerdotib, dist. 2. Aut igitur negent vñum imminent fornicationis periculum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & tam multis, & tam vegetis, & tam otiosis, vel non virtutum dedecus: aut concedant legitime concludi.

XXVII. Quid ergo? Videte, quælo, sup' cœlestis nō dñe rationis. Legitime concludi ut concedant, adduci nequeunt: in periculo & dedecore malunt frontem perficere. Nā utde dedecote prius dicam, quantam eorum necesse est esse dñe, qui non tantum negarunt iam pridem esse quenquam a Sacerdotio deturbandum ob suplicem fornicationem, excoitaruntq; quādam corporum fragilitatem maiorem quam olim, in glossa Canonis Presbyter, dist. 82. Sed etiam hodie non vñterat asserere minus peccare fornicantem, quam coniugatum.

C A P. IV.

De difficultate Continentia.

I. Venerum de Scortationis dedecore plenus erit dicendum paulo post: magnitudinem periculi expendatis nunc, vnde nobis nouum argumentum. Si enim nō possunt omnes continent se: Ergo nō est lex continentia imponenda vñli hominum genesi. At prius vñrum. Ergo posterius. Ratio consequentia est per se nota, nam & meminimus aduersarios inde nobis creare voluisse inuidiam, cum disputaremus legem esse præstutum impossibilem.

III. Antecedens ergo negant Papistæ: & nemini impossibile dicunt esse volunti. Bunderius, Impossibile dicitur, non quia gratia Dei assidente impossibile est: sed quia negligenter torpentes non conantur ut sitis continenties. Smythæus, Ambrosius sic habet in hunc locum, hoc est, unusquisque iuxta vñrum suum donum Dei habet, ut si velit ipsius Dei nutu possibilitatem consequatur. Vides itaque vñnumquaque iuxta D. Ambrosi hanc narrationem posse continentem vitam transfigere, modo velir, idque doni à Deo poscat votis sedulis & ardentibus: ut frustra causentur Lutherani, Sacerdotes non posse castè vivere abque uxoribus: cum non iam desit facultas illis, quam voluntas continendi.

III. Hanc autem facilitatem explicant in hunc modum. Bunderius, Quid facturus est, petulantem, & lascivientem carnē festiens? Oret, abstineat, jejunet, corpus inedia subiectat, occasione libidinem provocante fugiat, ad bona se opera conferat: & diuino fultus auxilio cōtinere poterit, quod sibi prius impossibile suscipiatur fuerat. Costerus fuisus, Deus neminem sua gratia desituit in re ad salutem consequendam necessaria vel per commoda. Homo quidem viris, quis continentis esse neguit, nisi Deus dederit: at Deus dat affluenter petenti, atq; insi confidenti. Tū distinguit donorum genera, ut alia ad animæ salutem, & perfectionem sua natura non referantur, illa videlicet, quæ naturæ dicuntur, & fortuna, alia ad eandem plurimum valeant, quales sunt virtutes. Illa Deum s'pe recusat: ista vero largiri tempore suo: & in his castitatem esse,

IV. Sed qui periculum adeo extenuant, non expenderunt satis humanae naturae insuffitatem: quam tamen è Scripturis poterant cognoscere. Nam Apostolus expresserat, *Velim, inquit omnes homines esse, ut ipse sum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ita, alius autem ita. Dico autem calibibus & viuis, bonum est eis si manserint, ut maneo ego quod si non continent, matrimonium contrahant.* Quid apertius? *Velim, inquit, omnes esse, sicut me.* At ipse erat, ut posset continere. Sensus ergo est: velim omnes continere, sicut ego me contineo. *Velim, Ergo, inquam, sciebat non omnes continere se.* Tum caufam reddit: quod non sunt omnibus eadem dona. Nō omnibus igitur donum continentia, At quibus hoc deest, iij continere non possunt, iplis confitentib. aduersariis. Ergo teste Apostolo, non possunt omnes continere se.

V. Lyranus, *Assignat rationem, quare de matrimonio concessò dixit secundum indulgentiam: quia scilicet quilibet non est tanta virtus, quod possit continere.* Et post, *Quod si se non continent, id est, si donum continentis non acceperint a Deo.* Nec aliter Thomas Caietanus, *Quamuis ego vellent omnes homines esse incontingatos, tamen scio non esse commune tantum donum omnibus: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius autem sic: puta unus habet donum castitatis coniugalium, alius castitatis virginea, alius castitatis viduallis.* Salmero, *Vellet igitur omnes caelibes esse si fieri posset: sed quia non poterant ob hominum vivum, & defactum, coniugium suadet.* Et ante hunc Lombardus, *Quantum ad benevolum, & sollicitum magistrum pertinet, omnes tales si fieri posset, volebat esse sicut seipsum.*

VI. Sed & Christi manifestissimum in eandem rem oraculum habes.
Matthaei capite decimonoно. Dicunt ei discipuli eius, Si tale est negotium
hominis cum uxore, ut non possit haec dimitti, nisi propter fornicationem;) non expedit contrahere matrimonium. Ipse vero dixit eis. Non omnes capiunt haec
sermonem: sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui ex matris utero nati sunt
ita, & sunt Eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi, qui se-
ipso castrarunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Quid am-
plius requirat quisquam? Non omnes, inquit, κωρεστοι capiunt οὐδὲ γλωττα
πρόγυμνα τηνόχοι, rei declarans magnitudinem, inquit Chrysostomus oratione in fouentes σανθάκτες. Metaphora ducta à loco, qui arctior, quam
vt continet omnia. Marci capite secundo, Statimque coacti sunt multi: οὐ με-
τεικαὶ κωρεῖ, adeo ut non caperent eos, ne ea quidem loca, quæ erant ad ostium. Io-
annis 2. Sunt autem & alia multa, que fecit Iesus, quæ scribantur signillatum,
ne inmundum quidem ipsius opinor κυρποται, capturum eos qui scriberentur, li-
bros.

VII. Nam, quod negat Anselmus, negant alij post Anselmum, dictūesse, nō posse capere: sed tantū non capere, triuolum est. Quia hanc mentem ipsa reddit metaphora: quin locus non capit, intelligitur nō posse capere. Itaq; Verus interpres, Io. v.17. quod simpliciter Grace est χαρος, verit, posse capere. Nimirum, quia reuera id sit, non capere, & non posse capere. Et vero Syrus Interpres hoc verbi expressit per פְקַדֵּנָשׁ סְפִיקָה sufficere, Boderiano interprete, non omnis homo sufficit sibi ad sermonem hunc. Tremelius, Vnde quisq; non est capax sermonis huins.

VIII. Theophylactus, Φοιτήρ Κύπρου, ὁ πίστα τὸ τῆς παρθενίας κέντης. αὐτὸς πασιν καρδιάτω. ἀλλ' ἐκεῖνοι μόνοι οἱ συνειχεῖτο οἱ Θεοί, Dixit Dominus magnum quid esse virginitatem; sed quia non possit ab omnibus seruari; verum iis tantum, quib[us] prestat est auxilium diuinum. Nazianzenus orat, 30. Οὐ διετείνεται τὸ πατέρες καὶ τὰς καρδιάς τοῦ λέγοντος, ἀλλ' οἱ διδόται, οὐκέτι τὸ περιγραμμένον τὸ ψυχοφρεγεῖον εἰσιστοτε, πῶς γάρ τὸ κείτον στοχεῖ, τὸ δὲ σπουδών ψυχοφρέγον, μηδέ τοι εἴπειν, Ille dixit eis, non omnes capiunt sermonem; sed quibus datum est. Videlice ei sublimitatem! Tantum non talis intenitetur, ut capi non possit. Qui enim non sit supra carnem, cum qui genitus sit ex carne, in carnem nongenerare? Ambrosius exhortat virgines, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Hoc est, non capi hæc conditionis humanae infirmitas, ut omnibus patet. sed illis solis facile est ad capiendum, quibus diuinum refulsi gratia. Euthymius, Non omnes suscipiunt hunc sermonem de non contrahendo matrimonio: non omnes ferunt. Magna enim res est cælibatus: nee ab omnibus faci potest.

IX. Multo alienius Maldonati commentum: Capere interpretantis alias intelligere, alias, brauium accipere, metaphora ducta à stadio. Illud probat, quia dictum, *Capiunt verbum hoc: quomodo Ioannis octauo, Sermo meus nō capit in vobis: vbi sermonem capere, nihil aliud est quam intelligere*: Illud probat auctoritate Hieronymi, libro primo contra Iouinianum, *Propositi d-γωνιτη premium, invitat ad cursum: tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamat, qui sit veniat ad me, & bibat, qui potest capere, capiat.*

X. Sed falso, *Capere sermonem* nihil esse aliud, quam intelligere; teste Iauentio, *Verbum capere, non accipitur pro intelligere: Sicut nec postea, cum dicitur. Quia potest capere, capiat.* Nam neque τὸ ξέπου εἰδήσης οὐδὲ τοῦ θεοῦ ex Hebreorum motu, non raro in Scripturis est pro re, quia per sermonem significatur, Marci capite primo, Διαφοριζόντων λόγον, diffamare sermonem: id est, Beza Interpretate, rem dinulgere: ueniente purgatum a lepra. Capite nono, τον λόγον επιστηται αρχη, επιστης. Verbum continuuerunt apud se, id est, id continuerunt apud se. Itaque nihil est, quod obsteret, quominus *Capere hunc sermonem*, sit capere hanc rem. Imo res ipsa postulat. Nam, quid est intelligere hunc sermonem? Aut quid erat difficile in Apostolorum verbis, Si tale est negotium hominis cum uxore, non exped. t homini contrahere matrimonium; ut opus esset gratia Dei: neque aliter sensum quisquam assequi posset? Imo ipsi discipuli, propria & carnali ratiocinatione, atque a seip sis, id dixerant, ac proinde conceperant.

XI. Capere autem, esse metaphoram à stadio, stupenda est Maldonati *ἀποστολία*, ut dicam molissime. Nam neq; Latina ipsa vox in ea re visitata: & tamen, si ambigua esset: at Græcam *χρεῖαι*, quis concederit eo pertinere? *Λαμβάνειν ἔργον* dixit Paulus, i. ad Corinth. 9. & hinc credo deceptum Maldonatum ex vicinitate vocum Latinarum accipiendi & capiendi. At non, si Latinis idem est capere, & accipere, ideo apud Græcos non est longum, latumque discrimen inter *λαμβάνειν* & *χρεῖαι*. Ianseniūs, *Verbum χρεῖαι significat capere, quemadmodum vnu in se aliquid capere dicitur*. Et Baradas, *Significat capere in istar loci, vel vasis.*

XII. Nec vero Hieronymum, est in ea disputatione de nuptiis extra rationis limites ferri se finat nimio disputationis astu, crediderim adeo sui esse oblitum, ut *Zwepi*. putaret pertinere ad stadium. Maxime, cum eo ipso io-

co notet Christum indicat^ere difficultatem, In proposito est, inquit, cur A-
postolus dixit: De Virginitate autem praeceptum Domini non habeo profecto, quia
promiserat Dominus: non omnes capiunt verbum, sed quibus datum est Et qui
potest capere, capiat. Proponit i^{er}, & auctoratum preimum. Et que deinceps descripsit
Maldonatus, tu statim. Non dicitur velitis, nolitus, bibendū vobis est, atq^{ue}, cui end-
endum: sed qui voluerit, qui potuerit currere, atq^{ue} potare, ille vincet, ille satiabitur.
Audin, qui ponnerit: Ergo indicar, quodā non posse: nam, si omnes possent,
quorsum hæc verba? Viderint reliqua, nā hæc si significant, sufficiunt. Sed
enim nihil admodum difficile. Nam, Qui potest capere, capiat, verba esse ad-
horatis, & auctoratis, quis neget? Sed quis vicissim nescit, hortari agnothe-
tas, promiscue cunctos, ad id, cui tamen obtinendo non omnes sint pares?
Tum ergo non significant omnes posse: sed tantum instigant, omnes, ex-
perturi, vtrum aliquis possit.

XIII. Bellarminus de Monachis, c.31. hac eadem in re studuit esse subtillior. Verbum $\chi\omega\epsilon\sigma\tau$ significare potentiam ad capiendum, interdum naturalem, quam qui non habeant, proprie dici incapaces, vt locutus angustus non capax multorum corporum, & puer dolit: alias actualiem, seu voluntariam, quam qui non habeant, non propterea dici incapaces, sed tantum non capere: vt si quis quid non intelligat, siue non attentus, siue non doctus aliunde. Hoc autem Matthaei loco $\tau\chi\omega\epsilon\sigma\tau$ sumendum posteriori modo, probat, primo, qua sensus est. Qui est capax, sit capax, quod est ineptus: deinde, quia addita ratio, sunt enim Eunuchi, & que sequuntur, nihil ad refacere: non enim sequi, quidam continent virtus naturae: alii coacti, alii propria voluntate: ergo non possunt omnes continere. Contra potius: ergo credibile est omnes continere posse. Vnde Chrysostomum dicere, hac Eunuchorum similitudine doceri facile esse, & utile abstinere a nuptiis.

XIV. Sed Bellarminus nimis ieiune, aut certe minus distincte philosophatur. Potentiam naturalem, & actualē appellat, puto, quam scholæ remotam & propinquam. Vt in infante potentia naturalis est ad rationcinandum: propterea quod ita factus sit à natura, ut sit rationalis: at viro iam actualis est potentia. Est autem verum, omnem actualē potentiam, presupponere naturalem: non enim potest acturatione vti, non ita factus à natura, exempli gratia, bos. At vero pōt naturalis potentia non ponere actualē ut furoſus, et si natura sit rationalis, tamen actu non potest vti tatione. Hæc, puto, sunt extra controvēſiam. Sed actualē potentiam, & voluntariam cur coniunxerit, non equidem video: niſi habuerit rationem virtutum duntaxat, & vitorum, quæ sunt à voluntate, tanquam facultate propria, quomodo actus ambulandri pedibus, loquendia lingua. In opposita vero carentia potentia, paulo alia ratio est: Omnis enī carentia potentia naturalis, ponit etiam carentiam potentia actualis: alioquin daretur actualis aliqua potentia, absque naturali, quod est absurdum. At omnis carentia potentia actualis, non ponit carentiam potentia naturalis, nam mutus actu quidem loqui non potest: fed potest tamen natura, quia est animal $\lambda\alpha\gamma\tau\alpha\chi\delta$.

XV. Concedimus tursus' Christum loqui de carentia potentie actualis-
non autem naturalis. Nam homines, qui à natura sunt ita facti, ut ca-
paces sint virtutum & viciorum, profecto sunt etiam capaces continentia-
& incontinentiae: quomodo capaces loquendi, & tacēdi standi & sedendi, &c
similium, alioquin nulla potentia esset, sed certa determinatio: quomo-
do plumbō circa pondus, nulla potentia est: quia non potest esse non gra-
ue, arbori, nulla ad ratiocinandum, quia non potest non esse ἀλογος. Dico
igitur, sensum esset, etiā ita sint facti homines, ut possint, & coniugio vti. &
celibatu, secundum potentiam, scilicet remotam, tamē secundum pro-
pinquam, non posse omnes vti alterutro. Nam Eunuchos à natura, vel vi,
non posse vti matrimonio: non Eunuchos autem, non posse vti celibatu
nisi per gratiam adiutoris: nisi forte Papistico modo, cum celibatus est tan-
tum legitimæ vxoris contempnus.

XVI. Veruntamen, quod negat actualis potentia parentiam, incapacitatem dici; suo more facit, id est, ex imperio potius quam ratione. In promptu contra est exceptio, illa ipsa, de qua agimus: Nam, etsi Christus loquatur de parentia actualis, tamen diserte pronunciat, καὶ περὶ non capit, id est, non est capax. Et quotidianus sermo id habet; ut negem us infantem capacem esse profundioris scientiae: bubulum astrologia, Arithmetica, Geometria. Sic apud Tacitum librio Annal. 13. de Cornelio Sylla
Maximeque despecta, & nullus autem capax naturae eius. Historiae secundo,
capax iam imperii alter. Etiam furiosum, negamus posse capere sanum consilium. Sic Paulus non dubitauit dicere τὸ φρονητὸν οὐρανός, non posse Deo subiici: & Christus, impossibile esse diuitem ingredi in regnum cœlorū. Non quidem negans potentiam remotam, cuius solius parentiam, Bellar. vult incapacitatem dici: sed indicans impotentiam actualiem. Denique Barradas capacem hoc eodem sensu usurpauit, *Vt ergo possimus capere, hoc est, ut animum magnum, tantum doni capacem habeamus. & consequatur donum, Deum perpetua preceatione oremus.*

XVII. Porro, quæ duo argumenta Bellarminus protulit, possent omnia trahiri
quia præ se ferunt probare, loqui Christum de potentia actuali, quod non
concessimus. Verum, quia impugnat eriamus incapacitatem, excutiamus. In-
eptum est, inquit, *Qui est capax, sic capax.* Imo, inquam, neque ita Christus
dixit neque ita nos explicamus. Sed ille dixit, *qui potest capere, capiat:* nos
explicamus, qui capax est, capiat. In quo nihil absurdum magis, quæ, qui oculos
habet, videat. Qui aures habet, audiat. Nam etsi in istis non reperiatur
idem vocabulum, tamen non propterea dissimilis ratio est. Illæ non pluralis es.
Qui aures habet: qui oculos, habet, potentiam significant propinquam: si-
ue, ut loqui magistri Bellarminus, actualē: at, hæc videat, audiat, eiusdem
potentia exercitium, & sive actum secundum. Quæ eadem ratio est huius
phrasis, *o ðuw a ðw. s xw̄ḡt̄, xw̄ḡt̄ w̄ id est,* qui iam potest continere, non per
illam potentiam remotam, sed per hanc propinquam, ille actum secundum
exerceat, & reasne conseruat.

XVII. Sed ratio nulla esset ab exemplis Eunuchorum. Nempe, inquam, quomodo ille concipit. Sed haec nulla est Christi ratio. Nam, quia sermo erat de non contrahendo matrimonio, voluit Christus distinguere variis eius abstinentiae genera: non enim negabat, nullum posse abstinere: sed tum non omnes. Cum autem abstinentia sit, alia laudabilis, alia minime, indicauit se de laudabili loqui. Nam de altera abstinentia si loquaris, fallum est, non esse et remisum: nam nemo est enim sapiens, qui non possit

qui non abstineat: vt nullum sit eis donum Dei gratuitum necessarium. Si militer poterat, & coactam istam designare, quam nunc oppugnamus, quæ nobis infinitos hominum greges dedit abstinentium, non mulieribus, sed tantum a legitimis coniugibus: adeo, vt vere possimus dicere contra quam Christus, Omnes capiunt verbum hoc: omnes inquam sacri, prophani fideles, infideles. Christiani, Turcæ, Ethnici: neminem excipo. Sed laudabilis illa abstinentia, quæq; nō ideo viret legitimum matrimonium, vt polluat se peccando, aut extrinsece per promiscuos concubitus, imo & auersum venire: aut intrinsecos ardore, quem longe facilius est non exercere, quam nō sentire: hæc demum continentia illa est, quam non omnes capiunt. Itaque illud, Qui potest capere, capiat, referendum, non ad omnia illa tria Eunuchorum genera: sed ad postremum duntaxat, eorum qui se castrarunt propter regnum cœlorum, vt sensus sit: non de omnibus loquor, qui quoquomodo abitinent: sed de iis, qui cum nullo animæ sua dispendio. Neq; enim sani est hominis, ut fugere temporalia matrimonij incommoda, vt animarum salutis nulla ratio habeatur.

XIX. Sed ille: Hoc potius ergo credibile est omnes posse abstinere. Quomodo aut ex eius dialecticæ præceptis? Itane docebunt Iesuitæ Christum suam Logicam, quæ ex particuli arbitriis vniuersaliter concludat? Possunt & Iurisconsulti, & Medicis, & Theologi, & Astrologi, & Geometriæ in scholis docte disputare: Ergo verisimile est, omnes homines posse in scholis docte disputare. Possunt Aquilæ, Vultures, corvi, columbæ, perdices volare: Ergo verisimile est, omnes bestias posse volare. Quis hæc conclusionum monstraret in Theologiam ingerat?

XX. Sed Chryostomus, inquit, indidem colligit facilitatem abstinentiae. At hoc, inquam, mire falsum Possibilitatem probari dicit non facilitatem: & possibiliter non omnium hominum ratione, sed ipsius continetia. Verba. *Tē dūxeris m̄s d̄ḡs s̄ rāv̄ns r̄m̄n̄ d̄l̄z̄n̄.* Trapezuntius vertit, *Possibile id esse hominibus hoc fere modo confirmat. Ego magis ad verbum, Possibilitatem huius virtutis adseriens. Quid hoc prodest Bellarmino? Nam possilitas virtutis pertinet ad potentiam naturalem, hoc est, ita factum esse hominem, ut non possit queri, sibi impossibilem esse abstinentiam: quod neque nos negamus: neque inde quicquam concludatur, esse omnib. possibilem, secundam potentiam actualem. Quomodo si dixerim, possibile esse hominem loqui, nemo tamen inferat posse ergo omnes homines loqui: nam mutos latem excipi necesse est, & infantes.*

XXI. Atque hactenus probata est difficultas, imo *naturi* impossibilitas abstineniae ex scripturis: quibus addere possum testem experientiam: cum cœlibatus tam austera lex degenerauit in fecdos concubitos passiuæ Venetis, qui non possunt legitimas uxores, habeant saltem prostitutas mulieres; imo ipsi suum pudorem prostituant. Nisi Leonis nonifraude perisset Petri Damiani Gomorræus, quo quadrigattita vita carnis, quibus obruebarunt Ecclesia; quam potuir honestissime insinuavit, teste Baronio, ad annum millelimum quadragessimumnonum, pateramus doceristatum eius temporis: quem cuiusmodi putemus fuisse, eam non potuerint teste eodem Baronio absque verborum obscenitate, obscenitates illæ tanta tractari, quin legitimæ aures castas offendenter? Nisi forte, quod potius suspicor, magis dissimulata, quam emendata vita Pontificis voluerit. Aliquot seculis posterior Nicolaus Clemangis de Corrupto Ecclesiæ statu, cap.15. Iam illud obseruo, quale est: quod plerique in diœcessibus, Rectores parochiarum, ex certo & conducto, cum suis prelatis pretio, passim & publice concubinas tenent. Et 20. Quid enim de Capellanis, & Canoniciis longa me trahere sermonem necesse est: cum uno verbo dicere liceat similes Episcoporum pro suo modo Canonicos esse? Et post, Adhuc autem ebrios, in continentissimos, ut pote, qui passim & inuercunde prolem ex meretricie susceperint, tam & scortia vice contigunt domiteneant. Icannes Clementis in Onore Ecclesiæ c.21. Ecclesia & prouidores in carnis vitam meretricalem habent. Et 23. Sacerdotes frequenter fornicationibus coinquitantur: maxime Curati sordescunt in concubinatu adeo manifesto, quo nulla sergiueratione celari possit. Auentinus libr.1. Et tu vigilansime Gregori (septimum intelligit) quid nam faeres, si te fortuna ad nostrâ temporâ seruasset, & nunc demum natus es, quando amare, potare supra, incestus committere, vim puellis inferre, virginis viuare, alienas permolere uxores, adeo ut cauda satax Sacrificiorum in prouerbium, vel vulgo protritum, abierit, munus Sacerdotale censemur? In ipso nuper Tridentino Concilio, Orator Albertus Ducus Bauariae dixit, Clerus noster tantis Ecclesiæ calamitatibus nullo modo neque afficitur, neque affligitur, sed multo magis insolens, gula, libidinibusque indulget. Et post, In proxima visitatione per Bauariam facta, tam frequens concubinatus repertus fuit, ut vix inter centum, tres vel quatuor inueniunt sint, qui ad manifesti concubinarij non fuerint, aut clandestine matrimonia non contraxerint, aut uxores palam non duxerint. Exstat oratio inter opuscula Andreæ Duditij. Espenlaeus in 1.ad Titum, Turpisimum, quod & hos cum concubinis, pellicibus, & meretriculis cohabitare, liberosque procreare sinunt, ac epo ab eis atque adeo alicubi à continentibus certo, quotannis censu. Habeat (aut si vellet) & quotus enim quisq; talis, cum tamen tam multi sint, hodie aliter puniatur?

XXII. Miro homines! Diros homines! Quorsum perinaciam, neq; do-
met Scripturae autoritas: neque moueat maiorum te. ulorum experientia
iam certa, aut nunquam certa. Quid? quod ne lunt quidem sentus? Quor-
sum enim illud Glossatoris ad Cauonem, Qui admisit. Causa 15. quæst.
6. Minus punitur al-q;is propter fornicationem, quam propter aliud crimen,
quia pauci sine illo crimine inueniantur. Et, quod ante citauimus, hodie fragi-
lora sunt corpora nostra, quam olim erant? Vnde canonum relaxatio: Neque
enim profiteri pudet, Fornicationis causa hodie nemo est deponendus: in medu-
la Decreti, ad Canonem Presbyter, Distinct. 8.: Nam quamvis multa sint,
qua in huicmodi casibus obseruari canonica iubeat sublimitatis autoritas: ta-
men, quia defectus nosrit temporis, quib; non solum merita, sed corpora ipsa homi-
num defecerunt, distinctionis illius non patitur manere censuram: quæ verba
sunt canonis, Fraternitatis tua. Distinct. 14. vbi agitur de promouendo, eo, qui
nec castitatem seruarat in priori coniugio: & vxore defuncta liberos suscep-
perat ex ancilla.

XIII. Proh Dei atque hominum fidem : quænam hæc peruersitas est ? Vident se eo redactos , ut necesse sit , sanctam illam primævæ Ecclesiæ seueritatem antiquare : & promiscuum volunt esse cœlibatum ? Imo quænam hæc impudentia est ! Cœlibatus legem fatentur esse humanam , &

prudentia e
Tom III.

à se inductam. At Sacerdotis puritatem legè diuina sanctam: quæ iubeat Sacerdotem esse αἱρετούς, αἱεπίλυτους: & malunt tamen non αἱεπίλυτος habere, quam non Ccelibem. Hæc vero non iam petuerositas est, sed impie-
tas. Ruris, Fornicatorem deponi lex iubebat: isti pœnam relaxant. Satin,
sobrie? Nam si, vt cohibeantur crimina, pœnae infliguntur, quis non videt
pœnis sublati, crimina tolerari? At qui scitum est illud Aeschinis contra Ti-
marchum, iā v μὴ καὶ ζητεῖς ἀδικήντας, τοτε: μὲν εἰ νόμος καλοὶ καὶ εὐοι-
τεροὶ διάφοροι, καλοὶ μάθονται, κύριοι δὲ εἴησι. Si quidem iniurios homines puriusseritis,
leges vobis & bona & rata erunt: si absoleteritis, bona illa quidem non erunt, ra-
ta non erunt. Et quæso attendite: suam legem nullo incommodo patiuntur
concuti: non censent expedire dispensari, id est, vlo modo, vlla ratione
permitti, vxores Sacerdotibus: At forniciarios fieri Sacerdotes: at Sacerdo-
tes fieri forniciarios: hoc vtrumque tolerare possunt, & dispensare: adeo di-
dicerunt miseri et infirmi huius carnis: Ω' της ιπτεικειας! ο' της φιλαρηστριας
άτα ζηλε!

XXIV. Sed cur difficultem , cur quibusdam impossibilem non sunt sibi persuaderi? Nempe quia primo impotentia nulla nisi à voluntate. Deinde in promptu remedia scilicet preces , & carnis afflictatio . Videamus ergo quid hoc sit mysterij: Impossibilitas non nisi à voluntate. Optime, inquam. Quid tum? Ergone impossibilias nulla? Imo inquam , impossibilitas certa à voluntate: & eo potentior , quod non nisi à voluntate. Inde enim est omnibus hominibus incurabilis illa peccati tyrannis , quæ neminem sui extem relinquit. Quomodo claudicatio , quæ est ab ipso cruris vitio corrigi non potest , cù id membrum sit , cui proprius incessus: facile corrigenda alioquin , si ab extrinseca alia & accidentaria causa esset , pnta ab ebrietate. Sic peccatum , si quod esset non à voluntate , haud difficile siue vitaretur , siue emendaretur : sed quum sit à voluntate , id est , propria sede virtutis: hoc opus , hic labor est. Quicunque igitur impossibilitatem dicit impernentia esse à voluntate , is scito se eam non minuere , multo minus tollere: aut factor in Theologia hospitem esse.

XXV. Sed habent remedia. Remedia? Cuius, inquam, rei? Matrimonij, atqui *τιμη* & *όραση*. Non autem *τιμη*, si remedia opposita sunt necessaria: neque enim remedium ullum dicitur nisi mali. Cur ergo se negent Tatianos, Encratitas, &c., si remedium querant contra matrimonium? Certe nusquam Scriptura docet, aut ullum hortatur ad remedia sibi comparanda contra matrimonium. Atque adeo mirabile est, aliquod exstare posse genus Christianorum, qui remedia affectent contra matrimonium, potius quam contra fornicationem. Denique legimus abstinendum esse ab operibus coniugij, ut vacetur orationi & ieiunio: Sed nego vsquam lectum, vacandum precibus, & ieiunio, ut abstineatur à matrimonio.

XXVI. Quanquam, quid necesse est de remedium quenquam esse sollicitum? Nam nemo est nostrum imo, sanx mentis nemo, qui neget facile esse matrimonio abstinere. Sic non tantum Essem olim, quos tam curiose descripsit Philo: & a quib ortos se monachi papistæ gloriabantur, quorum examina iampridem mundo sunt oneri: sed, & Turcæ continentes: nec nouo orbi suum hoc deest ornamentum: ne Ethniciis quidem olim. Equites Romanos plures fuisse cœlibes quam coniugatos testatur Dio Cassius lib. 56. Augustus θρονος τινι απεγει, καροι εργατις αγωνιστης φων, καροι τις γερα-
μηδιας ουκ ητει περιστερος ιδω πολυτετερι ειναια, ελαττις ηλυσος, Εορυ-
καλιβες σερσιμ, σερσιμ μυτος, aut quib. effet proles in concionem connucianis, ac
rubi hos numero illis longe inferiores vident, n soluit, Imo toru ordinem describit
cœlibatus un affectant: οι τις πολλοι τις τροπαιοι τοντοι ταν
ητη παντετον κατεκυθησι, εις, Equites magno studio eam legem, qua de con-
iungi liberorumq; expertib. lita fuerat, antiquari cupiebant. Confidenter dicā,
vbiq; terratum perflatum fecerit, aut non peccari, aut minus peccari
fornicando, quem contraheado matrimonium, nunquam defaturum hoc
genus continentium. Dormiant ergo in utramque aurem Papistæ hand
quidem ob causam, neq; aut precib. fatiganto quenquam aut ieiuniis ma-
ceranto. Hoc genus abstinenter ipsa dabit natura. Cur enim non daret ho-
minibus, quod non negavit canibus?

XXVI. Sed esto: demus quærere potius remedia opposita fornicationi. Atque, vitinam setio facerent, quod profecto non faciunt. Sed si faciunt, primo nobis facient non inuitis qui contra fornicationem, quærenda re media consentimus: & optima confitemur, preces atque ieuniaria: omnibus diligenter commendanda, inculcanda: ut pote communia omnibus peccatis. Nobis ergo autorib. quicunque sentierit in fornicationem procluem, is precator attentissime, intentissime: & vt loquitur Paulus, ad aduersarios. Si non sufficiant simplices preces, ieuniis crebris intermissionibus propriam carnem. Denique nihil omittito, quo tanto malo obuiam eat.

XXVII. Quid ergo inter nos est, & Papistas discriminis? Dicam libere, Nempe nos & miramer & indignarum, in remedii tam diligenter conquirendis, illud unum omissum, quod ei morbo omnium maxime proprium est, & naturale: discretissimeque non tantum indicatum, sed etiam commendatum, imo imperatum a Spiritu Sancto. Ipsum, inquam, matrimonium. Nam Paulus dixit, *Pro ter fornicationem quisquis vir habebit uxori rem suam*. Quid est, o boni! Quid fremitis? Aut quid est, quo offendamini.

XXIX. *Audio, audio.* Neque enim tam suū hospes apud vos, aut adeo vestri moris inexpertus, vt vestros animi motus non possim coniicere. Ni mirum igitur, aduersus fornicationem queritis, non remedia simpliciter sed remedia alia absque matrimonio. Non vultis scortari: atque adeo vi nam serio velitis: sed non vultis etiam matrimonio *vti:mo*, si optio detur, malitis scortari, quam *vti* matrimonio (neque enim dissimulatis, aut exspectatis dum in ecclō extorqueatur à vobis veritas) quomodo, si fraxini frō de gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius quam in fraxinum fugite: si pentem testatur Plinius. Sed hoc tamen de optione, mitto. Vos igitur inquiritis rationem, qua possitis, & cœlibes viuere & non scortari: id est, vt loqui soletis, continere: atque in eum finem cœlibatus legem posui stis, vt nefas sit presbyteris matrimonio *vti*, post, remedia tollitcitate vestigatis, preces, & ieunia.

XXX. Esto: Verumtamen vestra primum intoleranda est temeritas, & praeposta audacia: qui prius exponitis vos certissimo periculo, tum adiumenta conquiritis, quibus erui possitis. Alto vos mati committitis, absque velis, & remis, imo absque nauis, & tum iubetis, yrita dicam, Deum vobis succurrere. Quid est Deum tentare, si hoc non est? Atqui à Christo iustum

erat vos prudentiae exemplum capere, qui iuslus ex alto scipsum precipitare, prætextu auxiliij diuini, negavit facturum. Cur vos audentiores? Prius oportuit orare, prius opertuit ieiunare: imo non hoc tantum: sed prius oportuit precibus illis, & ieiuniis obtinere vires à Deo, tum Coelibatum fulcere: quomodo prius nauem, vela, remos comparare, tum ducere in altum, & prosperum ventum à Deo flagitare. Iansenus explicans hunc nostrum Euangelij locum, Cum dicunt, qui potest capere, capiat, non de absoluta potentia est sermo, sed ea quam propinquam dicere solemus, qua scilicet ea dicimus posse, ad quæ perficienda adjunt necessaria vires: qualem potentiam ad continentium se iam habere iis confidere potest, quise sic sentit affectum, ut speret se à diuino Spiritu ad eam commoueri. Huic consulitur, ut quia potest capere, capiat. Qui autem non siccet affectum sentit, huic quia nec dum capere potest, non consulitur ut siccet ad capendum ingrat.

XXXI. Quid igitur, inquit plerique, faciet ille: cuius vxoris incidit in impotentiam reddendi coniugalis debiti? Nam huic necesse est non vti coniugio! Et tamen non permissum scortari. Ille, vero, inquam, precebat, ieiunabit. Lactantius libr. 6. cap. 23. Quod si aliqua necessitas prohibebit, tum vero maxima adhibenda virtus erit, ut cupiditati concupiscentiae luctetur. Sed, quid hoc ad rem? Nam aliud est, longeque aliud, externa necessitate virgi, quam vitare non possis, aliud propria spontaneaque temeritate, teplum dare præcipitem? Recte expectarunt à Deo auxilium, Lazarus, Martha, Magdalene (si vera canunt Papistica legenda) quos naufragiorum imposuit crudelitas, absque ullis armamentis: sed eius vnius experimenti occasione, qui se eo modo mati committeret, aut qui sic naufragium iuberet, inuentus est nemo, & si fier quisquam, non sanum esse hominem non sanus iureret Orestes. Tum autem, quam disparia comparantur! Nam huic non proponitur vitandum matrimonium, quod perpetuo est aduersariis in ore: sed proponitur vitandum adulterium. Nisi enim contineat, necesse est ei adultero esse: nullo admisso medio. Quæ hæc est mentis peruersitas: vt eadem ratione, eodem modo iubeat me quisquam vitare matrimonium, rem bonam, rem sanctam, rem honestam: cum adulterio, cuius malum quantum sit ne queat satis exprimi, non si linguae centum sint, oraque centum.

XXXII. Sed negant se quenquam cogere. Itanc Neminem patientur ordinari, nisi hac lege, vt perpetuo contineat, & neminem cogunt & Nimirum, inquit, neminem cogimus ad suscipiendos ordines: sed, si quis velit suscipere, hunc volumus continere. O euge! acutissimum inuentum! Quasi dicant latrones: neminem se vi spoliare, quia neminem cogant peregrinari: sed cum duntaxat, qui sponte peregrinetur, inuidant. Imo, inquam, vos cogitis aliquos, qui eos, quia volunt ordinari: quomodo latrones vere spoliant aliquos, quia eos, quia sponte itineris committunt. Iraq, Polydorus aperte coactam castitatem nuncupabat. Quanquam, quid olla factum Ambrosii, Nazianzeni, alii plerisque, qui inuiti facti sunt presbyteri? Hoscine saltem concedent fuisse coactos ad continentiam? An etiam illos, quos iussit Episcopus Romanus uxores abilicere in Germania, in Anglia, in Gallia, quas rerinuerant, cum ordinarentur.

XXXIII. Sed siue cogantur, siue sponte lusciant, nego ad huiusmodi continentiam, vnum dari certum remedium: non preces, non ieiunia, non quicquid præterea commenti sunt homines superstitionissimi. Nimirum clamat Scriptura, non tantum. Non omnes capiunt: quod fortasse eludent aliquomodo, vt sunt subtiles Sophistæ, & in suam perniciem, id est, in superstitionem ingeniosi: sed etiam, Velim omnes homines esse, ut ego sum: id est, continentis: sed omnes qui quisque proprium dominum habet à Deo: alius quidem sic: alius autem sic. Hoc est, non omnes habent à Deo donatum continentiam: vnde patet, esse istud inter particularia dona numerandum. Atqui huiusmodi quæ sunt, non dantur à Deo omnibus: ne quidem precantibus, & ieiunantibus: quomodo dona linguarum, sanationum, miraculorum.

XXXIV. Nam, quod opponunt ex ad Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. abutuntur suo more Scripturæ verbis. Neque enim Paulus aliud significat, quam sentit se prefens sibi auxilium diuinum, vt omnibus sufficeret itaque in diuina misericordia, inquit, qui confortat me, non vt male Salmero, qui potest confortare. Atqui certum, non confortari omnes à Deo, sicut Paulum: alioquin non essent sua cuique dona, aliter atque aliter. Sed omnibus eadem. Possunt cum Apostolo loqui qui unque eodem modo sentiunt se à Deo sustentari. Sed non æque, qui optant. Inepte igitur his verbis velut eorum temeritas, qui quasi deuincunt atque adeo obā ratum Deum tenerent, sibi de eo pollicentur quicquid potest: atque ea fieti confidentia nihil non audent, etiam supra vires.

XXXV. Enimvero, quæ fides Deo nititur, ea non tantum quid ille possit, attenedit, sed etiam quid velit considerat: Velle autem tum demum certo scit, cum vel promissiones habet, vel vocationis specialem necessitatem. At hic trumque deest: nam, neque Presbyterij officium exigit necessario continentiam: neque ullus est, qui vñquam audierit, promissam. Quare etiū Deus possit omnes ita confortare, tamen nullius est sibi continentiam promittere.

XXXVI. Quid quod nescimus vtrum aliter Deo sit decretum, & velit ille potius vti nostra opera ad propagationem? Sic enim patriarchis vñs est olim. Neque dubitem asserere, plus longe fructuosum fuisse Gregorij patris matrimonium à quo habuit Ecclesia Gregorium Theologum, quam ipsius huius Theologi cœlibatum, à quo nihil Ecclesia habuit, quod non ab aliis plorimis. Et vero generali oraculo habemus voluntatem Dei; Credite & multiplicamini, & replete terram: quo tam non ego quidem dixerim omnes absque exceptione obligati ad contrahendum matrimonium: sed saitem non debere absque dispensationis, vt ita dicam, testimonio peculiari, iugum excutere: & ad extreum, non facile sibi polliceri Deum adiutorem, nulla alia causa, nisi quod sit in animum induxit suum.

XXXVII. Bellarminus cap. trigeminoprimo de Monachis. Et si promissio particularis desit, sufficere tamen promissionem generalem. Lucae 11. Petrite, & accipietis. Ioannis decimoquarto, Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Alioquin enim, si requireretur particularis promissio, nec fides, nec spes, nec dilectio, nec continentia coniugalis, nec alia virtus petri posset, nusquam enim existant promissiones horum donorum in particulari.

XXXVIII. Sed iusit profecto Bellarminus, cum haec dixit. Quis enim

credat ignorasse, quod eius sciuit Symmistes Maldonatus in Matthæi 7. Maior questio est, quomodo sententia vera sit, cum experientia quotidiana docet, multa nos, quæ petimus, non accipere. Docuerat autem ad c. 6. 12. Ut semel dicam, hoc inter negantes, & affirmantes promissiones, aut conditiones differt: quod negantes absolvit, & sine alia sua exadita conditione: affirmantes minquam absolvit, sed cum exceptione, nisi quid aliquid impedit, intelliguntur. Aut iesuita mentitur arguat, aut scipsum fateatur non nisi imponere nobis voluisse, quod & cordati facile agnoscent; quum meminerint, & Paulum bis terve oras, nec obtinuisse: & Christum ipsum ter deprecatum calicem, quem tamen bibere fuit necesse. Et audeat nūc quisquam propria presumptio ne confide, non posse sibi Deum denegare, quam postulabit continentiam?

XXXIX. Sed, non poterit ergo, inquit, postulari quicquam, ne fides, quidem aut spes, aut dilectio. Atqui, inquam, tu sophistæ abis à proprio. Neque enim nos negamus perendum quicquam absque peculiari promissione: quin & alios quotidie videmus perentes, & ipsi nos petimus à Deo, bona huius vitæ, vt modicas opes, & sanitatem, vitamque, & similia. Quid ergo? Nempe negabamus, sibi quenque polliceriposse, non denegatum iri quod petat: quod eos facere necesse est, qui prius vident, tum ad preces confugiunt. Quomodo si Lazarus, flagitanti cuiusdam pollicitus est, & donaturum grandem pecuniam: tum postquam in pera nihil compreferset, præter mucidi panis emendata frustula: conuerteret se ad series preces vt sibi Deus eam pecuniam largiretur. Ego vero hunc Lazarum non damnum, hanc ob causam ad Deum confugientem: sed dicam temere fecisse tamen, qui non obstante sua egescere, tantæ se pecunia debitorem constitueret. Postulent ergo sane qui volent, continentiam: sed antequam accepere, ne vidento. Lubento sane suos Presbyteros Papistæ ieiuniis suum corpus macerare: sed antequam Deum exorauerint, ne grauissimo eos iugo subiiciunto. Quod tamen & faciunt, & porro facere decreuerunt.

XL. Veruntamen agnoscit subaudiendam aliquam conditionem. Quamnam igitur? Non eam, inquit, quam aduersarij singunt, vt res, quæ petunt, sit necessaria ad salutem, vel imperata: sed, vt id quod petimus, sit secundum Dei voluntatem. Primæ Ioannis 5. Hoc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quocunque petierimus secundum eius voluntatem, audit nos. Ese autem cœlibatum secundum Dei voluntatem, probat: quia secundum voluntatem Dei sunt non ea tantum, quæ necessaria ad salutem: sed etiam quæ utilia: immo quæ utiliora, quam quæ eis opponuntur: item non ea tantum, quæ ab eo imperantur, sed etiam quæ consuluntur.

XLI. Atqui de illa aduersarij conditione, non est quod laboremus: quos, qui sunt, ignoramus, neque ille indicauit. Nos autem quæ nostra sit sententia, iam explicauimus. Designatam à Bellarmino non improbus: sed veremur, vt bene intelligat. Quia enim voluntas Dei, alia est nobis manifesta, vt nostrarum sit regula actionum: alia occulta, secundum quam ipse sua dispensat opera, nobis autem & de precibus sermo est; & de exauditione: sic centemus: Conciendiaram precum regulam esse voluntatem manifestatam: eoque sensu debere nos nihil postulare à Deo nisi secundum eam voluntatem. Hoc autem modo possit postulari quicquid est non tantum gloriae Dei, sed etiam nobis, aut necessarium, aut utile: immo amplius quicquid inde auferimus ipsi aut necessarium, aut utile. Itaque etiam cœlibatum: etiam paupertatem: sed & matrimonium, diuitias, reliqua. Verum hæc inutilis est consideratio nostro nunc labori: qui non de precando sufficiens est, sed de obtinendo eo, quod precando postulamus.

XLII. Dicimus ergo iterum: fiducia quæ habenda sit nos exauditum precentes, regulam esse, voluntatem illam Dei, quam diximus arcam: hoc sensu: certum nobis esse, nos exaudiendos, si subiiciamus desideria nostra voluntati Dei, vt fiat, non quod ipsi volumus, sed quod ipse. Ratio nobis certa: Quia cum constet voluntatem Dei esse fundamentum fiduciae huius, nam ne aduersarij quidem negant: Ergo alterutram oportet esse. At non illam manifestatam. Hoc probo: ab experientia: plerumque enim Christiani precentur secundum illam voluntatem manifestatam: & tamen non obtinent. Paulus precatus est, nec semel, vt abs se discederet angelus Satanae: nec tamen obtinuit, Christus, vt à se recederet calix passionis: nec tamen obtinuit. David, vt ne moreretur infans ex Betsabea: nec tamen obtinuit. Infinita sunt huiusmodi.

XLIII. Quare superest voluntas illa Dei occulta: vt sit fundamentum fiduciae huius nostræ: hoc est, tum nos certo exauditum iri, cum ita postulabimus à Deo, vt tamen pendeamus ab eius decretis. Exemplo ipse Christus nobis præiuit. Matthæi 36. Pater mi si possibile est, abeat à me poculum iustum: veruntamen non vt ego volo, sed vt tu. Præiuit & præcepto: cum iussit orare: Fiat voluntas tua, in terra sicut in cœlo.

XLIV. Et ad hunc sensu dixit Ioannes, Quodcumque petierimus secundum eius voluntatem, audit nos. Testes mihi, hunc locum explicantes. Salme 130. Posset quis obiecere, si ea concedit, quæ secundum voluntatem suam sunt, id est, quæ vult nos facere, quid opus est rogare? Respondeatur, Velle quidem Deum sua dona nobis impetrare, sed non nisi rogantibus, & postulantibus: quia non aliter debeat dare quod promisit, quam præcedentibus precibus nostris. Clarius Lorinus, Non potest queri se exauditum non esse, qui sciens se noscere, quid ore nisi Spiritus ipse postulet, certus est id Deum velle concedere quod melius est. Exauditur quisquis talis est rogando, qualem requirit Deus, nec aliud vult, quam quod ipse.

XLV. Atqui hæc voluntas Dei arcana, etiam si non raro concurrat, & cū voluntate manifestata, & cum nostra etiam: tamen non est regula nostrorum actionum: nimirum, quia nobis incognita; nisi quantum manifestatur, vel per peculiarem revelationem, vel per eventum. Si ergo hac confidantia, quicquam aggrediendum: omnino exspectandum, donec aliunde nobis constet, quam ex proprio desiderio. Vnde diuinum illud monitum: Lucifer 14. Quis ex vobis, si vicit turrim adificare, non prius sedens computat sumptus, an habeat? nægat à πατέρι τοῦ, quæ ad perfectionem operis requiruntur? Nota, an habeat, non vero, vtrum precatus sit sibi dari; aut opteret, aut quid simile. Deinde, ne postquam posuerit fundamentum, & non poruerit perficere, omnes qui spectarint, incipiunt ei illudere. Quod Papistus euenterit: qui seuerissima sancta lege cœlibatus, experti sunt omnium ordinum contumelias in cœlum. Quid, quod ipsi etiam seueritatem relaxare sunt coacti?

XLVI. Deniq; non pertinent ad hanc voluntatem occultam, quæ cunq; utilia sunt ad salutem, non pertinet cœlibatus, alioquin falso dixi: sed C hristus, Non omnes capiunt: falso Paulus: *Vnusquisque donum suum habet: aliis quidem sic, aliis autem sic.* Et, vt dixi, voluit Deus Patriarchis vti, non continentibus, sed vxoratis: & aliis plurimis. Itaque nulla hinc iusta causa eius confidentiae, quam pro cœlibatibus lege Papistæ constituta.

XLVII. Supereftilla donorum distinctione, quam ab initio Costerus explicabat Forum, quæ sua natura non referantur ad animæ salutem: & eorum, quæ ad eandem plurimum valent. Vbi se ille ridendum propinavit, & imperitum distinguendi traduxit. Quid enim? nulla-ne sunt illa, quæ sua natura non referantur ad animæ pietatem, & tamen ad eandem plurimum profint? Imo in his sunt Principes, pro quibus tamen Paulus orari voluit: ut tranquillam ac quietam vitam degamus, cum omnipietate & honestate.

XLVIII. Itaque primum nego à Deo concedi omnia dona, quæ ad salutem animæ plurimum conferunt. Nam, quis dubiter plurimum conferre potuisse ad salutem Pauli, si ab eo recederet angelus satanæ? Et vero ea causa fuit illi assiduum precum: nec tamen obtinuit. Nec sane flagitanti Ecclesiæ bonos Principes, semper annuit Deus: qui non raro eam vult exerceri violentis persecutionibus.

XLIX. Deinde nego Cœlibatum, in iis esse, quæ sua natura referantur ad animæ salutem. Alioquin non esset in rebus mediis, & matrimonium obstat saluti, contra quam Paulus dixit, pto. ad Timo. 2. Seruabitur autem liberis gignendo.

L. Nihil ergo est haec tenus prolatum, quo constet non esse difficillimi cœlibatus observationem cum castitate: id est: non esse & maximum & præsentissimum Ecclesiæ periculum, ab illa immanni tyrannie, quæ ne tantum quidem relaxari patiuntur Papistæ. Ac proinde, nihil obstat pto, quominus quod male impositum est legis huius iugum ceruicibus Presbyterorum, ab iis quibus nulla erat eius rei legitima autoritas: id excutiatur ab iis, quibus cordi est, & libertas Ecclesiæ, & salus sua.

C A P. V.

Denuptis honorabilibus.

I. Nullum honorabile & absque macula est prohibendum in Ecclesia. Atqui matrimonium est honorabile & sine macula. Ergo non prohibendum in Ecclesia. Maior pet se patet: nam bona nemo est, qui non prohibenda negat: at quæ cunque & sine macula sunt & honorabilia, ea non possunt esse non bona. Ideoque non prohibenda. Minorem nobis Paulus ad Heb. *Tuus oīas co mār iō̄n āt̄x̄t̄os, Honorable connubium in omnibus, & thorūs immaculatus.*

II. Ne hic quidem locus, quietos esse Papistas permittrit. Itaque varie luentur. Richeomus, vt est stuppe calumniator: ab eo fingit nos concludere, debere ergo Presbyteros esse coniugatos: & hanc consequentiam magnifice refutat, ab absurdis exemplis: Regium munus est honorabile: ergo omnes oportet esse reges: sic Doctores, Praesides, Imperatores? & quid non? Sed hæc rabies cur nos moretur? Imo certissimum: *λαγός ταντος.*

III. Andradius, vt vt sit honorabile coniugium, attamen infra cœlibatus splendorem & dignitatem, tempus possumus esse. Et hoc inde coigit, quod cum Paulus matrimonium illis, qui continere nollent, permittat, optare se tamen ait, omnes esse sicut scipium, id est, abstinentem.

IV. Ast ego primum, nego unquam dictum, scriptumque, ab illo Canonico autore matrimonii esse infra splendorē cœlibatus: Amplius: addo nunquam dictum scriptumque, à viro *διοτε*, & cœlibatum esse *μέντην*, quomodo matrimonium Paulus asseruit. Et vero res ipsa per se loquitur. Cœlibes n. in fantes sunt: cœlibes multi fornicatores: an quædo honestiores viris coniugatis? Abrahamo, Iсаaco, Iacobо? Nugae. Neq; vero quic; quam huiusmodi Paulus tunc significauit, cum scriptum ad Corint. Non significauit, inquam, cœlibem vitam, esse *πνευματικην* coniugata. Explicat n. statim, *Dico autem cœlibitus, & viduis, bonum eis est, si manferint ut maneo ego.* Sed ne ambiguras quenquam decipias, quo sensu bonum dixerit, audi. *Ex istimo igitur, hoc bonum esse propter instantem necessitatem: bonum inquam esse hominista esse.* Et post, *Si nū serit virgo, non peccauit: sed afflictionem in carne habituri sunt, qui sunt huiusmodi:* Bonum ergo, non quo sensu bona dicitur virtus: nam hæc nunquam dicitur bona *μέντην*, sed quomodo bona dicuntur, quæ huic vita commoda. At non sic matrimonium, sed absolute, honorabile, & immaculatum. Itaque Andradius quæsiuit imponere lectori.

V. Secundo, quid tum, si concederemus dignitatem cœlibatum prætere matrimonio? Aut quid inde decedit argumento? Ergone prohibendum matrimonio? Nam expertum magis cœlibatum, concederem: quomodo Paulus optabat omnes esse sicut scipium. Sed hoc non agimus, qui legem duntaxat impugnamus tyrranicam. Aduersarios ipsos interrogamus: nonne persuasi sunt virginitatem præstare viduitati? Non negabunt. An igitur propterea nullum admittunt Sacerdotem nisi virginem? Imo promiscue. Cur non similiter de matrimonio disputant? Rursus: Monachatum nonne præferunt longe seculari vita? Et quidem ita, vt illum appellant perfectionis statum: atque adeo religionis nomine *εργίας*, & *εργάζεσθαι* indigent. Nullos ne igitur seculares Sacerdotes admittunt? Cur tam varie? Deniq; si præstar cœlibatus, tum non in Sacerdotibus tantum, sed etiam in plebe: nam de plebe Apostolus differit. Errat nemo tam est amens, qui velit plebem Christianam debere cœlibem esse. Nihil ergo nisi nugatur Andradius.

VI. Turrianus optaret persuaderi posse Apostolum imperando dixisse nō indicando: libri 5. de Epistolis F. ontibcuni. c. 19. *Honorable, inquit, connubium, scilicet & thorūs immaculatus: id est, præcipio, ut uniusquisque suum matrimonium honoret: & nullus cœbile vxoris sua violet commiscendo corpus suum cum aliena.* Et cap. 14. contra Marloratum, *Sic itaque interpretatur falsus hic propheta, quasi nihil aliud Apostolus voluerit, quam afferere, laude dignum esse in omnibus ordinib. hominum matrimonio.* Atq; ita verbum quod deest in Græco, ipse sua interpretatione supplet: *sic n. verit, honorabile est in omnibus coniugium.*

VII. Turrianus hoc somnium probat. Primo, quia statim subiungitur, fornicatores n. & adulteros iudicabit Deus. Deinde, quia similiter explicandum illud, & thorūs immaculatus, sc. in omnibus. Dicat ergo nunc Marloratus, &

Tom. III.

Magdeburgenses, qui cum eo faciunt, an sit in omnibus coniugibus thorūs immaculatus: etiam in adulteris maritis? quod si non est, male igitur interpretatus est Marloratus: non enim supplendum verbum, est. Dicat rursus an ubi thorūs est pollutus: ut in adulteris, ibi, & etiam connubium tuum, id est in honore, an potius in probro, & dedecore, & infamia? Quis hoc sane mentis neget? Non ergo ho. Petrus dicit, quod pessimus interpres facit eum dicere, scilicet, honorabile est coniugium in omnibus: nec est præcisa denunciatio: quin potius præceptum est: supplendumq; verbum, Est, aut sic, ut dicit præcipiens. Honorabile sit coniugium in omnibus: & sit item thorūs immaculatus in omnibus: id est præcipio ut omnes qui in coniugio sunt, habeant illud in honore, & non in passione desiderij. Hunc sequuntur Louanienses in editione Gallica: & Emanuel Sa. Sed & Vasques vnam hanc nouit sacram anchoram.

VIII. Verum durior est verbū imperatis ellipsis, quam vt facile ferri queat: neque puto datum iri exemplum. Tum autem indicandi modo fecit omnes haec tenus sunt interpretati. Syrus. Honorabile est coniugium in omnibus: & thorūs eorum purus est. Anselmus. *Aliud quoque vobis notifico, scilicet, quia connubium est honorabile in omnibus: id est, legales nuptias sunt honorabiles in omnibus: nihil est in eis quod honore caret.* Hieron. in Matth. 12. *Centesimum fructum virginibus, sexagesimum viduis, & continentibus: tricesimum casto matrimonio deputantes: honorabiles enim nuptias, & cubile immaculatum.* Augustinus contra Pelagium & Cœlestium lib. 2. qui est de peccato originali c. 4. *Propriez hec omnia, honorabiles nuptias in omnibus, & thorūs immaculatus.* Cyrilus Hierosolymitanus liturgiatorum catechesi 4. *und' aī παλιν κατεχόντων τούτων οὐ φεούσι τοῦ πλαστοῦ, τὸ πατέρεν καὶ τὸ πατέρα τοῦ πατέρος, οὐ πατέρος, οὐ πατέρος, οὐ πατέρος: Hoc est, interpretatio Ioanne Grodeckio, emendato tamen a Joanne reuotio: Neg, e vero si continentiam institutas ac praefestis, ita cœcutias vñ nuptias alligatos infereris: Honorabile est enim connubium & thorūs immaculatus, ut ait Apostolus. Epiphanius in Saturnianis. O. τοῦ πατέρας συντεταγμένη, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ χριστοῦ, πεπονισμένη, οὐ Κύριος λέγεται οὐ Θεος φοιτης, οὐ θεοῦ φοιτης, οὐ δούλος φοιτης Καὶ πατέρας οὐ οὐ, οὐ πατέρος, τοῦ πατέρος, οὐ γάμον οὐ γάμον αὐτοῖς. Nuptias esse non ex Satana, sed ex Deo, primum Dominus dicit: Quos Deus, inquit, coniunxit, homo ne separato: Et rurus sanctus Apostolus: Honorabiles nuptias, & thorūs immaculatus. Fulgentius c. 3. de Fide ad extrum, Non quis peccatum est, aut conjugem habere, aut vnum carnem percipere: nam & beatus Apostolus dicit: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Coniugium quoque in primis hominib. Deus instituit, & benedixit: propter quod Apostolus ait, Honorabile connubium in omnibus, & thorūs immaculatus.*

IX. Hi omnes in dicandi modo Apostolum interlexerunt. Sed & Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, contra quam intentur Iustinianus. Ostendit se iure subiunctissime ea quæ deinceps sequuntur: *εἰ τοῦ πατέρα συντεταγμένης οὐ πόνος γλαύκειος,* inquit Chrysostomus: Si enim concessum est matrimonium, merito punitur scortatio. Plenius Oecumenius. Si enim permittitur matrimoniū, licetq; ab^z que peccato implere concupiscentiam, qua futura est excusatio mœdis. Theophylactus, *P. assim & cunctis in reb. honore est dignum.* Primatus, utrumque adiutit, tum est, tum sit, sed eodem tenet. Honorabile connubium in omnibus sit vobis: siue placet Deo. Sit vobis, inquit: hoc est, existi metur a vobis. Vnde statim, Erant quidam tunc temporis, qui condemnabant nuptias, dicentes, immundum esse coniugale connubium, nec posse esse mundum à lecto coniugis surgerent: unde beatus Apostolus legitimū connubium dicit, quod causa amoris filiorum sit, non causa libidinis explenda: non solum concedit, sed etiam dicit, Deo placere: honorabile enim connubium est.

X. Verum, inquit, subditur ratio: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. At inquam, id vitium est Latini interpretis: quo nō miror impositum fuisse Lombardo, Lyrano, Thomæ. Sed Grace constanter legimus πονούς & scortatores autem: tam constanter inquam, vt nulla haec tenus sit codicum obliterata varietas. Sed & Anselmus legit, autem, Caietanus admonuit legendum. Dilexim autem Salmero, & Iustinianus. Atqui hæc letatio ferre non potest imperandi modum: quod facile indicabunt omnes: quibus aures non erunt asinæ.

XI. Sed etiam ne, inquit, Thorūs est immaculatus? Imo est, inquam. Et omnino ita Veteres iam nominati. Anselmus diserte: *& thorūs talium coniugatorum est immaculatus, id est, sine macula criminis:* quomodo vertit etiam Syrus. Sed, inquit, etiam ne in adulteris? Ita est, inquam, etiam in adulteris matrimonium est riper, & νοῦν πατέρος. Nam quid contra Turrianus afferit? Aut nos moueant inepti clamores, in quibus nihil præter clamores! Fator ab adulteris thorūm pollui, fateor nuptias non honorari. Sed nego propterea non esse eorum nuptias honorabiles, & thorūs *πατέρος.* Neque enim *πατέρος,* id est quod honoratur, sed id quod honore dignum est. Nec obstant hominum vita, præter naturam rei, quomodo res ipsa suam retineat dignitatem: quomodo rex, et si aburatur sua autoritate, tamen autoritatem non amittit. Episcopus, et si Episcopatum polluat adulteris, tam in ipso adulterio Episcopatus est opus bonum. Sic hæres baptismum polluant: & baptismus tamē etiam in hæres sanctus est. Itaque nihil necesse est Apostolum imperative interpretari.

XII. Vasques hanc expositionem esse ait secundum mentem Apostoli, qui eo capite documenta mutuæ caritatis Hebræis præbere cupit. Quorsum autem inter hæc documenta licentiam præberet ministris altaris, vt uxores ducerent, & eis vterentur? vel quorsum hoc eis diceret permisum esse, & à nullo vituperandum.

XIII. Elegante ludionem! Documenta mutuæ caritatis. Ita est sane, tradidit eo capite documenta mutuæ caritatis. Sed nulla ne prætereat? Imo Thomas ille tuus: tuus inquam, Thomas, & Vasques, aliter: *Ab isto loco incipit moralis instrucción post commendationem, & exhortationem ad imitandum ipsum.* Et circa hoc duo facta. Primo n. hortatur eos ad bonum secundo, orat pro eis. C. rca. primum tria facit. Primo enim ostendit quomodo debeant orare: bonum quoad proximos: secundo quantum ad se ipsos: tibi Honorabile connubium: tertio quantum ad prælatos. Et tu nunc exclames, quoscum?

XIV. Sed quorsum ministris altaris. Euge: euge. iam tandem pronunciabit Vasques nihil ad ministros altaris attinere bene operari, quoad se ipsos. Nam si nō neget, vnde tam stupida admiratio? Sic nos sane ad ministros, altaris honestatem matrimonii producimus, quomodo hospitalitatis charitatem.

XV. Sunt ergo hactenus inutiles conatus. Quare conuerant se ad alias artes: & negant maiorem esse vniuersalem: pertinere tantum ad laicos. Et illud autem est non patiuntur signifi: & omnes personas. Sed hoc ipsum cum explicant, discedunt in partes. Turrianus, cui solenne est sibi canere & mulis, de laicis duntaxat vult dictum. Ratio illi: quia der Apostolus praecipit iis quibus presunt praepositi spirituales, Episcopi, & presbyteri: id est laicis, quib. duo in primis cauenda, vita adulterij, & avaritiae: ad quos etiam pertinet, ut quieti sint, & res suas agant, & operentur manus suis.

XVI. Bellarminus, Richeomus, atque alii, non intelligi omnes personas probant: quia alioquin sequeretur coniugia etiam consanguineorum, puta, patris & filiae, matris & filii, fratris & sororis, esse honorabilia: quod est absurdum. Quo igitur sensu? Bellarminus triplicem indicat. Primum, omni ex parte: id est, in omnibus, quae coniugij sunt secundum, apud omnes, ut nemo debeat coniugium reprehendere, etiam virginitatem ipse profiteatur: tertium, in omnibus, legitime coniunctis. Hinc autem Richeomus negat deduci posse coniugia presbyterorum.

XVII. At nos maiorem nostram vniuersalem esse pronunciamus, ex ipsis Apostoli verbis: sic pronuntiantis honorabile coniugium, ut nulla limitatio ne vniuersalitatem coerceat. Est autem solenne illud, ubi lex non distinguit, nec nos debemus. Et vero Theophylactus: In omnibus, inquit, non quia nuptiae etate prosectoribus minus conuenient, adolescentulos vero admodum deceant: sed cunctis ait honori sunt. Vel in omnibus, hoc est quibusvis modis, & quo quis tempore: nec quidem quia marentibus & afflictis, coenab. illud sit honorabile: otianti vero, & prosperis in rebus agentibus, minime: nec quia alteram in partem honoratius sit, in alteram vero nequaquam: sed passim & cunctis in rebus honore est dignum.

XVIII. Opposita argumenta facile diluimus. Dat, inquit, mandata iis quib. præsunt Episcopi. Omnia, inquam? Vix sit verisimile. Sed, ut sit, scribens ad Hebreos, in quib. erant omne genus homines, vt ita dicam, promiscua dat precepta, varie variis congruentia. Sed factamen scriptam hæc Epistola ad laicos solos: fac iis dictata hæc præcepta: an sequitur propterea solis laicis propria esse? Et fortasse ita exsuffauit Turrianus, solis laicis virtuanda adulteri, vitandam avaritiam: non item Episcopis & presbyteris. Quod si est absurdum, rum nihil obstat, quominus quia laicos alloquitur, vniuersalem tamen sententiam præferat, quam ipsi laici eo magis ad se pertinere sentiant, quo magis vniuersalem concipient.

XIX. Bellarminus est impudentior. Ergo, inquit, honorabiles nuptiae, patris & filiae, matris & filii: sororis & fratris. Mirum non additas, Neronis & Spori. Quasi cum Paulus dixit Episcopatum esse opus bonum, Iesuita aliquis inferret etiam in muliere, ut olim in Ioanna illa famosissima. Vno verbo respondeo: has omnes honorabiles esse si fuerint nuptiae. Sed hoc expecto a mollissimis Iesuitis, ut qui cœpetunt dicere, magis peccare coniugatum sacerdotem, quam fornicantem: iidem addant, incestas esse nuptias. Nos vero illud malum can. 30. Epaunensis, Incestus, nec vlo coniugij nomine pallietur. Ergo ne sint molesti: neque ex non nuptiis id axioma contrahant, quod ad nuptias solas pertinet. Quasi quis negaret, sobrietatem omnem laudabilem, quia sit ebrietas damnabilis. Nisi forte tam alte sapit Sophista, ut eodem loco ordine coniugia presbyterorum cum incestu. Quod quis toleret? Nam fatur ipse idem hæc coniugia non repugnare. Sacerdotio iure diuino: ut quis credat ne incestum quidem? Concedit toleratos, olim, id est, tunc cum sanctissima, castissima que erat Ecclesia, coniugatos an etiam incestos?

XX. Tè cù mèn cuius sit generis, non contendam, & scio utrinque rationes adferri posse, posse testes. Sed, primum miror neutrum genus ab iis asseri, qui & coniugatum esse interpretantur in carne esse, nec posse placere Deo: & tam sunt diligentes in coniugij infirmitatibus & enumerandis, & inculcandis, atque adeo exaggerandis. Qui enim fieri potest, ut nihil non sit honestum, quod quidem sit matrimonij, ac proinde ne excepto quidem in ipso corporum usu: & tamen opus sit carnis?

XXI. Tum autem quid obtinent, si concesserimus hoc neutrum genus? Nam ego quidem assero nihil deperire argumento nostro, etiam si demus, non aliter dictum Paulo, quam, Honorabile coniugium, & cubile immaculatum. Dicit idem, Episcopatum bonum opus esse: nec addidit in omnibus. an propterea non concluditur, in quounque Episcopatus sit, esse bonum, immo nobis id ipsum genus neutrum communum est: Nam si oppositum est sacerdotio coniugium, propter eximiam Sacerdotij sanctitatem, puritatemque, ut pertinet aduersarij: tum sane oportebit aliquid in matrimonio inesse oppositum ei sanctitati puritatique; ac propterea aliquid inesse non immaculatum, ideoque ne honorabile quidem. Quare non esset matrimonium immaculatum, & honorabile in omnibus, quae sunt matrimonij: contra hæc Apostoli verba: si ita sunt Apostoli verba.

XXII. Secundam tertiamque explicationem, nihil est cur non admittamus. Possumus itaque pati sic interpretantes, ut apud omnes sit honorable coniugium, neque id quisquam reprehendat. Redarguentur enim Papistæ, qui reprehendunt, saltem in presbyteris, & quidem adeo reprehendunt, ut minus reprehendant, fornicationem: neque aut contrahi velint, aut contractum tolerent.

XXIII. Quanquam consentimus Bellarmino magis illam literalem esse, qua dicat in omnibus legitimè coniunctis: ut nullum genus, nullus hominum ordo excipiatur: ac proinde ne presbyteri quidem. Nam quod illud Legitimè coniunctis, siue ut ex Marlorato Turrianus annotat, matrimonio aptis, tanquam iequitor, arripiunt, addentes, Coniugio (verba sunt Turriani) non sunt in Novo Testamento apti, qui sunt Deo in ministerium eius consecrati. Primum vero, ut omnes suos habeant consentientes. Nam certe, qui negant iure diuino prohibitum Sacerdotibus coniugium: Et qui ab initio saltem toleratos coniuges fatentur, non videntur admittere neminem huic ministerio consecratum esse aptum matrimonio. Deinde autem mirum, qui fiat, ut non inepti sint fornicationi: & non apti tamen matrimonio. Ceterum Marloratus ex Caluino suo aplos dixit coniugio, ut incestuosos excluderet, quibus Sophistæ abutuntur tanquam modicorum.

C A P . VI.

De impia comparatione coniugii & fornicationis.

I Feri non potest, ut hoc loco mihi non dent penas, qui tam sinistre, tam abiecte: immo tam spurce, tam prophane de coniugio loquitur, & postponerent fornicationem. Hosius paulo mollior, Confessionis c. 56. Reprehendit à Philippo Pighius, qui non vere magis quam pierscriptum reliquit, minus peccare sacerdotem, qui ex infirmitate carnis in fornicationem sit prolapsus: quam qui nuptias contraxit. Turpis illi videtur hac oratio: contra Catholicis honestissima. Honestissima, inquit: nec magis vere quam pie. Euge, sic in celibatus schola huiusmodi Catholici profecerunt.

II. Sed quam ille mihi carnis infirmitatem nominat? Sic enim solemus culpam minuere: quod profecto Pighio non veniebat in mentem: cuius oratio, non infirmum, sed foscordem delcritbit. Recole verba ex Controversiis. 15. Sed esto, non faciunt obligati voto omnes quod possunt, & debent, ut habeant continentia gratiam: & proinde, non solum tentantur, sed etiam vrantur eorum plerique. Quid igitur? An rubore his minus malum erit? His, inquit, an saltē minus malum, minusq; damnable erit rubore, quam viri? Tu vide quis peior seruus est: an qui grauatus seruitio, & forfassis negligentius, aut incautius agens, cadit sub onere? an qui inqum in totum proicit? Quis peior discipulus? an qui ex prescripto edicit, non quidem vniuersum quod forte potuisse, nisi crupula, & somno induxit securius: tamen partem: an qui si holam prorsus deserit? Audiri? non infirmitatem, sed etiam foscordiam? Etsi concludens etiam infirmitatem noluerit omniam. Tentationi proinde, quib. diximus remedium resistendum est: in quibus si quando remissiores, ex infirmitate carnis ceciderimus, tolerabilius hoc peccatum est, quam si ingum in totum extinxiamus.

III. Ethis tamen longe infra Coferetur audacia: cuius de Celibatu Sacerdotum est hæc propositio nona, Sacerdos si fornicetur, aut domi concubinam foueat, tametsi grauius sacrilegio se obstringat, grauius tamen peccat, si contrabat matrimonium: sicut & leuius peccatum, si maritus negligenter uxore, vel vaga libidine se polluat, vel cum stabili scorte adulterium committat, quam si dimissa uxore, aliam publico sibi matrimonio iungat. Similis Cofero Cardinalis Campegius, idem Legatus à latere apud Sclidanum libr. 4. Commentar. Quod Sacerdotes sicut mariti, multo esse grauius peccatum, quam si plurimas domi meretrices alant. Quib. in verbis ne illam quidem audis, siue infirmitatem, siue foscordiam, qua latenter extenuatum aliquomodo peccatum voluerit Pighius, & Hosius: sed crude fornicationem matrimonio comparatam. Adde Bauaricum articulum quinquagesimum actum apud Bullingerum in Institutione. Annon Sacerdos qui uxorem nomine & opinione contra votum suscepit sibi conjungit, grauiter peccet? & an non tale matrimonium sit geminata scortatio, & incestus, & iuxta leges, gladio puniendum sit? Adde deniq; Matthiam Aquensem aduersus præcipios Buceri errores. Ego quidem mihi videor videre, quod ille, qui post huiusmodi continentia votum Domino Deo factum, adducit & decouet potestate corporis sui cuius mulieri, in qualiter magis contemnat omnipotentem Deum, atq; per deliberato animo factam obligacionem in huiusmodi perfidia perseverandi, magis quoq; offendat, quam ille, qui, post aquale votum, humana fragilitate deuiciat cum centum diversis personis, ita tamen, quod cum nulla illarum se vellet denouere iuxta formam contractus matrimonialis coniugij.

IV. At nos hunc genuinum agnoscimus factum humanæ tyrannidis, quae conscientias, dum sibi subiicit, alienat paulatim à vera iustitia, siue diuina, siue naturali: Nam ne alias quidem immane negligenter erubuerunt, ut tragece peccata exaggerarent aduersus suas traditiones: nec defuere concinatores, qui maius peccatum dicerent vnum carnium, quadragesimalib. feriis, quam homicidium; certe superiori disciplina coercere solent illud peccatum peccantes, quam qui blasphemis in Deum indulgent.

V. Horrendum dictu! Eos qui & confitentur celibatum Sacerdotum esse iuris humani: & non negant fornicationem iure diuino prohibitam: vnde necesse est, fornicantes ius diuini violare: contrahentes autem matrimonium, venire duntaxat contra ius humanum: hos tamen grauius peccatum censere contractum matrimonium, quam fornicationem. Nam quid est, ius humanum diuino preferre, si hoc non est?

VI. Sed nobis iniustum est argumentum, quod cum fornicationi seueras minas legamus additas in verbo Dei: tum vero matrimonio, nunquam nisi laudes. Minæ sunt diserratæ ad Hebr. 13. Scortatores autem & adulteros damnabit Deus. Prioris ad Cor. 6. Ne errate. Negi, scortatores, neq; idololatriæ neq; mochi, neq; molles, neq; qui concubunt cum masulis: neq; fures, neq; auariti, neq; ebrios, neq; coniunctores, neq; rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt. Ad Ephes. 5. Hoc nostis: nullum scortatorum, aut impurum, aut auarum, qui est idololatriæ, habere hereditatem in regno Dei & Christi. Mitto alia multa. Habent ne illum papilæ locum, in quo alicui propter coniugium, similes minæ sint propositæ?

VII. Contra laudes certissimæ ad Hebr. 13. tertio. Honorabiles nuptiae in omnibus, & cubile immaculatum. Vix dici potest quicquam magnificentius. Quid illud: Matth. 19. Quos Deus coniuxit, homo non separabit. Ad Ephes. 5. Propterea derelinquet homo parrem ac matrem, & agglutinabitur uxori sua: & qui duo erant sicut una caro. Mysterium magnum est: loquor autem de Christo, & de Ecclesia. Deus bone potuit-ne quisquam Christianus id peccatum dicere, cuius tantas legat laudes: & peccatum quidem, maius peccato eo, cui tantas penas vidit propositas?

VIII. Rursus, nullum peccatum, peccati est legitimum remedium. At coniugium est alicuius peccati legitimum remedium. Ergo coniugium non est peccatum. Patet maior: Et quia contraria contraria curantur: peccatum virtutib. mala bonis: ægritudo, sanitate: mors vira. Et, quia in Ecclesia solenne axioma est, non facienda mala, ut euangelia bona. Minor probatur ex Paulo: Propter fornicationes, suam quisque uxorem habeat, & proprium quisque virum habeat. Prioris ad Corinthios septimo:

IX. Et vero olim, cum primum insinuaret se in Ecclesiam hac humanæ tyrannis, tamen modestius iudicatum est. Inficeretur ille, quisquis est autor sermonis septimi & trigesimi ad fratres in Eremo. Si coniugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis in nobis estimabitur? Haud paucum gra-

lo grauior, sern. de tempor. 143. Nullius magis illicita vitare debet, quam qui
refusuit, quæ licebant : Cum uxorem accipere liceat, & contra omnium Scriptu-
rarum autoritatem adulterium committere nunquam liceat: quare, cum Dei gra-
tia non accipis quod licet: & cum Dei offensa presumis, quod non licet? Neoc-
sariensis Concilij Canon habet. Πρεσβυτέροις γαρ, τῆς τάξεως αὐτῶν μετα-
τιθέται ἢ ποτιστοῦ ἡ ποικιλη σημείωσις αὐτῷ, τέλεον καὶ ὄργανον τοῦ εἰς μετά-
νοιαν, Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine remouendum. At si fornicatus fue-
rit, aut machatus, proflusus ejiciendum, & inducendum ad pœnitentiam. Compa-
remus. Prohibentur non nuptias tantum, sed etiam fornicatio. Et in aquila
quidem severitate. Sed quomodo: Maiori fornicatio. Nam proflus eici lo-
ge durior pena est, quam deponi è gradu suo. Deinde coniugato nulla po-
nitentia indicitur: indicitur fornicatori. Quis credat peccatori, & quidem
peccato excedente fornicationem, nullam ius temporib. fuisse imponendā
pœnitentiam: longe ergo ab iis Patriib. absunt nostri hodie Papistæ. Qui &
publice testantur presbyterum fornicantem minus peccare contrahente
matrimonium: & ipso etiam vsu, deponunt coniugatum, fornicatorem to-
lerant.

X. Meus hic Ignatius alteris ad me literis. Respondeo, inquit; non sequitur: grauior pena decernitur fornicanti vel adulteranti Sacerdoti, quam uxori rem ducenti: ergo grauius scelus est adulterium, vel fornicatio Sacerdotis, quam nuptiae eiusdem. Et negatae consequentie causam tubiicit. Nam legem ciuilim agis puniuntur latrones, & homicidae, quam blasphemii, & haeretici, in aliisque regionibus: at haeresis & blasphemia: atrocitate longe superant furorum & homicidium.

XI. Sed consequentiam cur negant, quia loquuntur tam curiose examinant gradus illos iudicij, confessos, gehennam, ut mortalium & venialium distinctionem extundant? Nam illud non norunt, Deut. 25. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus? Nam, si consequentia est absurda: tum periit Papistis ratio omnis artis confessioniariae: quam illos scio nullo auro permutaturos. Et vero haec tenus iurisprudentia est inaudita, durioribus suppliciis puniri leuiora cimititia. Alia mens Gregorij in Decreto Iuonis, pa. 6. c. 85. Hanc formam seruandam cognoscimus, ut quem minorem maior precedit, sicut est maior honore, ita sit in criminis: & quem maior sequitur culpa, maior ei implicitur vindicta.

XII. Concedo quibusdam locis, grauius puniri latrones & homicidas, quam blasphemos & haereticos, & quis miretur, quem scierit quibusdam locis, id est, in Ecclesia Romana, grauius tractari coniugatum, quam fornicatorum. Sed eosdem illos interrogato, qui in locis praesident, quis illis sensus sit, comparantibus, homicidis, latronibus & blasphemos & haereticos? Respondebunt se iudicibus, his grauius illos peccare. Nec forte respondebunt absurdè, si eurent illi tantum ciuiles leges: quibus proprius finis est societas ciuilis: cui sine dubio magis aduerteratur latrocinium & homicidium, quam blasphemia & haeresis. Non enim aliter medicus, cui corporis iuriæ curæ est, longe diligentius castigaret Timotheum ὑπὸ ὄρδον, quam Corinthium incestum. Sed haec ratio in Ecclesia nulla esse potest: quæ his patribus Neocesiariensib. erat commissa: quæque peccata estimat ex animæ periculo: itaque non potest, minus punire maiora peccata.

XIII. Habere tamen sibi iustas sui axiomatis causas videntur: profecto, quomodo sibi nemo videtur absque ratione insanire. Costerus. Sacerdotes, qui nuptias ineunt, primo, solenni voto castitatis iniuriam faciunt: secundo, Ecclesiam grauius vulnerant, cum qua tanquam sponsi sunt copulati: tertio inuercundius scortantur, cum ea, quam pro sua haberi volūt: quarto, obstinata, perfectaque voluntate in peccato perseuerāt: quinto, hæresi vitiatū habent intellectum, quod arbitrentur esse nuptias, quæ non sunt nuptiæ: sed peiora omnibus adulteriis sacrilegia.

XIV. Atqui rationes ineptæ sunt. Prima ponit votum: quod tamen non est necesse: non enim Sacerdotium inseparabile est à voto: sed additum per accidens, nempe iure humano, non autem diuino. Atqui Sacerdotium constitutum est iure diuino. Cum igitur iure diuino constet Sacerdotium: at iure humano cœlibatus votum. Ergo Sacerdotium constat sua natura, absque voto. Itaque cum de cœlibatu Sacerdotum queritur *avocatio* est voti inculcatio. Deinde, quid mihi votum castitatis nominat, provoto cœlibatus? Nam castitatem non ex voto suscepitam, sed lege diuina impositam nos dicimus, nec Presbyteris tantum, sed etiam omnibus Christianis. Sed hunc abusum, castulo Iesuita, ut condonemus, quid illud est, per matrimonium iniuriam fieri cœlibatum? Nam castitati nunquam Christianus concedet: cœlibatum forte non negabit. Tum quid sibi vult: an, quia siue castitati, siue cœlibati nullam faciat iniuriam, fornicatio, & concubinatus? Nam ita quidem videretur Costero persuasum. Monstrose. Sin aliter, quænam vis argumento, violatur castitas tum matrimonio, tum fecundatione: Ergo magis pecat coniugatus? Nisi intelligat coniugio mage violari: quod tamen nec dicit, nec forte ausus est.

XV. Altera ratio falso ponit Ecclesiā vulnerari: & quidem grauius. Vnde enim habet? Nisi forte Ecclesiam appellat Siricium, & quicunque cum eo negarunt posse Deo placere coniugatos, eo quod sint in carne. At contra longe grauius vulnerari Ecclesiam scortatione, quam matrimonio, quot me argumentis Costerus voleretur euincere? Primo Neocæsarienses contra testantur: nam si existimarent, seuerius puniendo scortatores, omnino oportet magis percilli putasse Ecclesiam, quam coniugio. Deinde, omnium mihi testimoniū, imo iudicium instat Paulus: qui presbyterum *αειτηλον* appellauit, eum qui esset *μισγωνος αισηπ*. Ad, quæsto, Ecclesiam vulnerat, qui est *αειτηλον*?

XVI. Sed illi; inquit, tanquam sponsi sunt Ecclesiæ copulati. Ita, inquam, dictum scio apud Papistas: quib. inde solemnis ritus, anulo inaugurate Episcopum. Sed primo debuerat meminisse Coasterus, priuilegium id apud ipsos esse Episcopi solius, ccelibatum autem etiam presbyteris, etiam Diaconi, etiam hypodiaconis indicatum, quib. cum annulo nihil commun: quod nemo inquam appellavit sponsos Ecclesiæ. Deinde, ut illud ne subtilius exquiramus: tamen hanc desponsationem esse metaphoricam: non est a. verum, coniugio metaphoricō opponi proprium, sicut neq; saturitati spirituali refectione corpoream: quis n. dicat, quia, qui venit ad Christum non quā esuriet lo. sexto: ideo eidem nunquam comedendum panem? Non est verum in metaphoricō omnia exigi, quæ in proprio: alioquin polygam i essent omnes Episcopi, presbyteri, Diaconi: quia desponsarunt sibi Eccle-

fiam, non viri uxorem: & quidem non lucessit eum, sed etiam eodem tempore: quando quidem singulis nullus certus presbyterorum numerus: sed & Diaconorum latenter constitutus septenarius, nisi Canotib: nullis sit fides. Sed hoc potius profecto verum; Nihil nisi ταὶ ζεινοὶ hos disputationes: & tum apud se ridere per otium stupidas illas mentes, quae sese his argumentis passæ sunt triumphari;

XVII. Inuerēcundius scortantur: quæ terria ratio est: sed à pura pūta cālumnia: quæ etiam implicat contradictionem. Nam & quid illud est: Magis peccat, quam fornicator: quia inuerēcundius scortatur? Anigitur, quis scōtatur, fornicator est: & non est fornicator, qui inuerēcundius scōtatur? At quænam hæc est φανατισμός? At Christianis ex Paulo, solenne est, matrimonio non opponere fornicationem, non, ut diuersa, sed, ut aduersa: Itaque tam absurdum, coniugium scortationem dicere: quam scortationem coniugium. Sed apud Papistas, unde nō p̄cipit ipsa ratio? Iheronimus dicit ab aliis p̄ficiam. Etiam in quarta & quinta ratione: quibus alia nulla necessaria refutatio est:

C A P . - VII

De prohibentibus nuptias

I. Prioris ad Timoth. 4. verba sunt Pauli *Spiritus diserte dicit fore, ut posterioribus temporibus: iustitiae regno: de scismatico quidam à fide spiritibus deceptoribus attendentes, ac doctrinis demoniorum, per hypocrisim falsiloquorum quoru[m] conscientia cauterio resecta est, et abducuntur ad peccatum, prohibentium contractum matrimonium*. Hinc constat diserte, eos qui prohibent matrimonium, etiam contrahendum docere contra fidem. At qui presbyteris cœlibatum impre-
rant, prohibent isdem matrimonium, tum contractum: tum contrahendum.
Ergo docent contra fidem. Maior est perspicua: nam *καλύτερον γάμον*, proprius est; prohibere ne quis contrahat matrimonium. Quod si hoc male: multo magis, si prohibeatur quis contracto vti. Assumptio etiam certa ex statu controveneret.

II. Huic nodo soluendo váriam náuant operam. Interdum negant assumptionem, sed non eodem modo. Clingius. Nec Papiste, prohibent matrimonium Sacerdotibus: sed Sacerdotes ipsi, suo voto in ordinatione, prohibent sibi matrimonium: Fronto. Non tam prohibetur matrimonium, quam iubetur seruari fides voti Deo nuncupati, quomodo cum vetatur vxori superinducit alia, ut priori fides praestetur, neque enim minus Deo seruanda fides, quam homini. Alphonius de Castro hoc sensu, negat Ecclesiam prohibere: sed Deum.

III. Imo Papistæ prohibent. Id enim habet vsus loquendi, ut qui autores sunt legis prohibentis, iij ipsi dicantur prohibere. Ita Deus prohibet, quum lex est à Deo. Ergo & homines, cum ab eis. Sic Apostoli prohibuisse dicuntur idolothyta. Sic reges in suis regnis infinita prohibere, prout vsus postularat. Atqui matrimonium interdictum est presbyteris certa & constante lege. Et hanc Papistæ legem considerunt, hoc est, ut Papistarum verbis utat, Ecclesia. Ergo hæc Ecclesia merito dicitur prohibere coniugium presbyteris. Ni si forte, ne loquendi quidem usum vulgo velint permettere.

IV. Quanquam quid opus coniecturis? N. in ipsi profitentur, Dist. 32
Canon. + De illo clero, Alberico nomine, quem per ordines Ecclesiasticos, usque
ad subdiaconatum caste vixisse dicitur, cur vestra autoritate uxorem dixerint,
miramur: eo quod nulli vnguam (exceptis illis quibus Ecclesiastica regula habere
permittit) uxorem dicendi licet. Tiam damus. Innocentius in Decreto Luonis
p. 6.c. 98. Sacerdotum tam excelles esse electio, ut haec que in aliis membris Ecclesia
non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum
ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere
sit liberum, ad exhibendum tamen perfecta continentia puritatem, nec subdiaconi
nibus quidem carnale connubium conceditur. Nam, quia haec fuerit impudetia
non concedere licentia, & negare se prohibere. Affirmate illicitum, & nega
re prohibitum. Hardinus confutatione Apologiae Anglicanae cap. 8. Legat
qui volet epistolam Sirici ad Himerium, Epistolam Innocentij secundam ad Vi
etricium, tertiam ad Exuperium: & cum satis hos locos expenderit, Papas hos san
ctos eadem ratione ministris Ecclesia matrimonii usum interdixisse intelligit, qua
Mosaicis & legis sacerdotibus, cum redirent vices operandi sacris, intra sua cuiusquam
limina pede inferre vetitum erat. Gratianus dist. 56. Canone. Cenomansem, di
ferte, Coniugia Sacerdotibus ante prohibitionem ubiq' licita erant. En tibi prohi
bitionem. Idem causa 26. q. 2. Canone, Sors non est. Copula sacerdotalis, vel co
sanguineorum nec legali nec Evangelica, vel Apostolica autoritate prohibetur. Ec
clesiastica tamen lege penitus interdictum. Nota penitus interdictum. Deniq'
quid his fibi vult canon postremus Augustana Synodi, quam edidit Cani
fius to 5. Antiquarum lectionum? Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus,
vt in multis conciliis firmatum est, quia diuinam mysteria contrectant, ab uxoriis
abstineant. Ceteri autem Clerici, quando ad matruorem etatem peruenient, li
cet nolentes, ad continentiam cogantur.

V. Sed ipsi suo voto sibi prohibent Imo iubentur vovere. Quid intet est? Qui iubetur bibere cicutam, iubetur mori: ergo & qui iubetur vovere, iubetur abstinere: itaque prohibetur eidem matrimonium. Tum autem, non nisi tantum qui voverunt interdicuntur noptix: sed iis etiam, qui non voverunt, vius coniugii iam ductarum. Nonne enim per vim ipsi ablatæ uxores? Quod nosceat Janum faciemus.

VI. Sed Frononis, quæ so, quæ frons est? Prohibetur vxori iam ductæ ad-
di pelle. Ergo Sacerdoti non permittendum coniugium. Quasi dicerit in-
terdicitur latrocinium: ergo & elemolyna Quis ferat? Sed h̄i, vxori fides ser-
uanda, multo magis Deo: Assentior. Verum, neque vetatur pelle, tantum
propter fidem iam datam: sed propter adulterium per se prohibitum, & qui
dem lege diuina. At coniugij longe alia ratio. Deinde, fidei Deo data non ob-
stat coniugium. Nam coniuges esse fideles, nihil obstat. Quod si fidem ap-
peller, Votum ecclibatus: primo, non debet appellari fides Deo data: quia
Deus, neq; instituit, neque exigu: sed homines. Deinde, vt dixi: non purgat:
quia non tantum vocentes coguntur esse cœlibes: sed etiam presbyteri vo-
nere. Imo sc̄i non voverint abstinere.

VII. Alias t'icantur circa maiorem , contrahentes Apostoli verba: Eos notari, qui coniugium absolute damnent, Saturninum, Marcionistas, En-

c. tias, Manichaos, quinuptias tanquam à Dæmonc inuentas damnaue-
re: Sic Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Chryostomum, interpre-
tari. Se vero de nuptiis honorifice & sentire & loqui, adeoque inter Sacra-
menta collocare: Hæc enim omnium vox.

VIII, ut vero taxari à Paulo eiusmodi monstra, sibi per Spiritum prædicta, nos quidem nulli negamus: & fatemur, sic Patres olim esse interpres: & quidem iure merito. Nam qui genus dicit, hūc necesse est & speciem dicere. Verum, quodnam hoc genus solutionis, Deus bone! Taxat Saturninum, Marcionitas, Encratitas, Manichæos: non igitur Papistas. Quasi dirent: cum dixit Deus non fornicandum, prohibui incestus, & adulteria; & approuavi: Ergo non simplicen fornicationem. Quasi vero inauditum sit, eodem hærefo capite, multos communicare hereticos: interpolatis etiam interdum placitis. Enimvero, si dixerit alius æque argutulus Sophista taxari Saturninum, Marcionitas, Encratitas: Itaque non Manichæos: quid nostri argutuli Sophistæ dicant?

IX. Nam & Patribus alias sensus. Etonim Ambrosius Patriitianos addit: Anselmus, Aginnenses. Hieronymus Iouinianum, teste Val- queini. Thoma q. 249. cap. 6. Imo longe latius Chrysostomus hunc in modum ἀρχομένη μη θαυμάσθε τοιων, εἰ καὶ οὐτε την αρχὴν τῆς πίστεως πάντα τὰς πατερικὰς παρενθήσθεν τὸ δέλτιον δογμάτων, οὐτε δύο πα- γκαρκούσιον πολὺ, διπλοστιτατικῶν πίστεων. Nemirare, si nunc, cum ini- tium accipit fides, hac nonnulli audent introducere perniciosa dogmata, quando- quidem postquam firmata fuerit longo post tempore, discessuri sunt aliqui à fide. Tidemque τὰς ἄλλας αἵρεσες συνιποθέσατο αὐτὸν εἰπών, ταῦτα μετοικη- ριδιαστατικαὶ δαιμόνια. Cui non & alias herefes dixit: Indicauit eas, cum di- xit: spiritibus, & doctrinis demonum. Occumenius. Αἱ τέταρτες πάντας αἵρεσις ἐδίλησται, καὶ λίτη ἢ Μαρκιανός, Μαρκιανίσταις. Per hac omnem herefes significauit: maxime vero Manicheos, Encratistas, Marcionistas. Nec alii Athanasius hunc eundē locū vibrat cōtra Arianos, disputatione prima, ἵνα ἡ τολμεροτεστις τῆς Αἵρεσις γράψωσι ὅρωντες αὐτὸς εὐοδῷθες καὶ ιὐθνοθερψ, οὐδὲ οὐ λοιπὸν ἡ πολὺν πυρροτάχεαν παρατηθεῖ, κατηγρανοντες τὸ διπολικῶν συφόρ- στεων, τὰς Αἱ τέταρτες αἵρεσις πομπηνῶν γράψε. Quod si ausint Ariana scribere, conspecta eorum proferitate, nihil supereft, nisi ut confidenter meminerimus Apostolicarum predictionum, quas harum herefeson causa scriptas. reliquit. Et Dis. 2. Τὸ μὲν ἐπι πατερικῶν, αἵτια ἡ οὐρανοφερεῖται ἢ επι πον, οὐδὲ ἐπι ποιητικῶν οὐκακαλῶν πατερικῶν οὐτε εἰς εἰκαστούς δοτοῦνται τις τῆς ιδίας πίστεως τῆς οὐρανοφερεῖται πονούματος τῶν αἵτιων, οὐδιδιστηλίας διαμένει, διπλερό- μην την ἀλλαγὴν. Quod non est à Patribus, sed nunc inuentum, quid aliud sit, quam id quod predixit beatus Paulus: In posterioribus temporibus deficiunt quidā a propria fide, qua eadem sana est, aītendentes spiritibus errantibus, & doctrinis demoniorum auersantes veritatem?

X. Adde temporis circumstantiam. Nam id Paulus futuram dicit *cōvīslēgīs xāegīs*, ad verbum quidem, ut vertit Beza, *in posteriorib. temporibus*: sed in Editione Latina vulgata, *in nouissimis temporibus*: sicut in Syra בְּזָמָן, Boderianus redditum *in temporib. postremis*. In quo explicando miri sunt Bellarminus & Richeomus. Earentur ita significari totam ultimam ætatem à Christo ad ultimum iudicium: quo quid promoueant ego quidem non video. Quis enim concedat inde confici, non significari ergo nisi Tatianos, Encratitas, Marcionitas, Manichæos, ut diserte concludit Richeomus? Ceterū, si minus solide, at minus tamen stupide, interpretatur paulo post, ut cuincat Apostolum loqui de illis hæreticis, qui iam tum suis temporib. paulatin exoriebantur. Sed tanto conatui vires defuerunt, adeo ut sola sua autoritate contentum esse oportauerit. Neque enim quicquā sanus, pro argumento admiserit, quod subiicit. Et illos quidem significauit tā esse vicinos, ut etiam tuue præmonendi essent fideles. Hac proponēs fratrib. bonus eris minister Christi. Quasi non sit cerrum etiam longe futura prædicti in Ecclesia; Quasi, qui longe post futura cōplectitur, idem neget proxima. Quasi denique non omnium Ecclesiæ etatum intersit, & proponi veritatem, & refutari mendacium. Quasi non eodem tempore monendos iudicariet fideles de Antichristo, cuius tamen aduentum Sophistæ reiiciunt in postremos tres aut quartuor in mundi annos.

XI. Quanto nos rectius: si Tò iši ergis xai pois significet totam ætatem à Christo ad diem iudicij: Ergo non eos tantum hæreticos indicari, qui fuerunt ab initio & Apostolis proximi: sed etiam, longe post venturos? Enim aero Anselmus & Lyranus applicant temporib. Antichristi, quæ tamen ne-
no proxima dixit Apostolis: plerique etiam remotissima. Anselmus. In no-
uisimis temporibus, id est, regnante Antichristo, vel ante. Lyranus, Poiſſime
vaca tempora Antichristi. Longe aliter quam Salmero, qui proxime exori-
uta tempora explicat a Paulo ad Marcionem, & Manichaum. Sed Iustinia-
nus in paraphraſi denuntias fore, ut in ſequentib. ac penè poſtremis temporibus,
et hic cur non præualeat Salmeroni?

XII. Hactenus Apostoli verba. Maioris illud esset momenti, quod adiunt, se tam honorifice loqui de matrimonio, ut constituant inter Sacraeta. Sed nos etiam Iudeos dicimus honorifice loquitos de Christo: *Salve Iudeorum: a quib. tamen iugula & pectora.* Sed fieri non potest ut ille honorifice sentiat de matrimonio, qui coniugatos Sacerdotes multo sceleratores faciat, quam scortantes, cum ostero: Et qui coniugatos dieat in carne esse uique in carnis sint, neget posse placere Deo, cum Siricio: & qui neget coniugatos esse debere Sacerdotes, quia eos porteat castitatem sive pudicitiam eruate, ut apud Gratianum Distin. 31. Canone *Ante Triennium*, & *Sacerdotibus*; & *Tenere debet*. Et qui neget quemcunque fidem orare posse, nisi caput officio coniugali: Eadem Distinctione, *Canone Si laicus*. Et qui coniugatis pronuntiat: *Qui sancti non sunt sancta tractare non possunt*: ad Iuonem Innocentius; in Decreto 6. p. c. 96. Denique, ne omnia colligantur, si dicat cum Hieronymo, *Si bonum est mulierem non tangere, malum est errare*: apud Gratianum List. 32. *Canone Habitaculum*.

I; iX. Superest Ferrarij acumen: cui recenti Apostolate necesse fuit aliquid minicci, ut ne quæ prius cōfutarat, eadem videretur temere nul:isq, nouis iomb: adductis, amplecti. Is professus se diligentius expensurum hanc uli prophetiam , varia excerpti capita. Primum, non dixisse, simpliciter obhibitionem coniugij fore doctrinam dæmoniorum: sed eos qui damna- ci essent coniugium, proposituros doctrinas dæmoniorum. Nempe da- naturos coniugium, cibos-ve, tanquam creatâ à Diabolo. Et hoc probat: eo, quod eis opponat Paulus, Quos Deus creauit.

XIV. Sed Fertarius sua nimium, iuris iustitiae induxit. Nam contraventum non est, & ex ipso contextu certum ac perspicuum, non attigit. Paulum causam prohibitionis: sed ipsam prohibitionem persistinxisse: Prohibentium, inquit, coniugia contrahere adiutorias significare. Ad. 24. Ne quem prohiberet ex ipsis familiaribus ei ministrare, aut eum adire. Et 27. Prohibuit eos ab hoc consilio. Prioris ad Thefl, 2. Prohibentes nos Gentib. loqui, ut feruntur. Quod si causa indicanda est; tum vero propriis verbis opus est. Marci 9. Prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

I. **S**ynodi Nicenæ, Oecumenicarum post Apostolos primæ ac celebratae, Canonem nullum habemus: sed Canonis tamen proximum decretum, quod cautum ut ne esset canon, quo usus coniugij coeteretur, sed esset in cuiusque libertate positus Rem gestam narrat Socrates historiæ lib. 1. capite editionis quidem Græcæ 12. at Christophorusonianæ 8. ἦν μὲν οὐτι τὸ παρόν Παφούπολις ἡράδων, ἐξ οἰστρίστηλει αὐτῆς συκκλητικαῖς τῇ κοσμονομαντικαῖς εἰσενθρόνων Διὸς τοῦ αὐτοῦ συμβολαιοῦ γέγονε διηγήσθων· ἰδόμενοι τοῖς ιπποτοῖς νόμογιν εἰσαγόντες τὴν ἀκαλητικαῖς εἰσφέρουν, ὅπερ τούς εἰσεῳδόρους λέγων ἐπικούρους, ἢ περιβυτερούς; καὶ Παρούσους μὴ συγκεκριμένον ταῖς γεράταις, ἃς ἐπι λαϊσι ὄντες ἡγεμόντες, καὶ εἴπι θεῖ τον βαλλεῖσθαι απούσους, Διαναυταῖς εἰ μίσησιν οὐτοῦ τοῦ στόλου Παφούπολος, ἵστα μηρον μὴ βασικὸν Συρράτης τοῖς εἰσεῳδόροις αὐτοῦρος. Τι μισον εἴρητε την κοιτίνη τῇ αντοράμιντι τον γάμον λέγων, μη τῇ οὐτε βολῇ της ἀκαλητικαῖς μελλον, τὸν ἀκαλητικαῖς ταχοπλάνωντι; γάρ μη μέσος δυναδει φέρειτο αποθεστὸν τὸν ακοστον, εδίκιασιν ψυλαχθεοῦσα τὸν το φροντικῶν τῆς ἑνεργείας γαμετῆς, σοφερούσιον ἡ σκάλαι καὶ τῆς νομιμον γυναικῆς τῶν σωματεοντο, ἀρκτονδαι το τοι φθάναντα κληρον τοχεῖν μητέρα ἐπι ταχρινέργειας, καὶ τηλ τῆς ἀκαλητικαῖς δέρχαντο φθάνοντο, μηδεὶς δεσμὸς οὐ γνωσθεῖται ποτε, μη ἀπεκριθει ταχηρον λαζίος ὁ ἡγαγατη, καὶ ποτε ἐλεύθερο, ἀπιζον ὁ γάμον, καὶ μηδὲς αὐτοῖς γυναικος πειθεῖται ποτε ὁ τοι εἰσεῳδόρος συλλογες πι Παφούπολις λόγωις, Διὸς καὶ τὸν τοῦ παρόντος ζητον απο την γησιν, την γησιν τὸν βιλαιούψιον απέρχοντα τὸν ομιλιανὸν τὸν γαμετον την παλιν ζητον. Verum de una re à Paphnuiti gesta habemus. Alteram etiam narrabo eius consilio confectam, quia Ἐκκλησίᾳ utilitati, & omnibus qui sacris sunt initiati, ornamento esse possit. Visum erat Episcopos legem nouam in Ecclesiam introducere, ut qui sicut sacris initiati sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, cum uxoribus, quas cum erant laici, in matrimonium duxissent, minime dormirent. Et cum relatione facta, potest asseri esset dicenda sententia, si ergo ē medio Episcoporum cœtu Paphnuiti, vehementer inclamauit: graue iugum sacris viris cauerent imponere: Honorabile esse etiam cubile, nuptiasq; in illius. Ne seueritatis excessu magis Ecclesiam lederentur. Neq; enim posse omnes ferre professionem adeo alienam à passionibus: sed neque forte seruatum ī propriâ cuiusq; uxoris continentiam, Quin & continentiam appellauit cum legitima uxore. Sufficere vero cum quem occupasset ordinatio non progrebat ad nuptias, ex antiqua Ecclesiæ traditione, neq; abiungendum ab ea quam duxisset, etiamcum laicus. Atq; hac ille, expers nuptiarum, immo etiam mulieris. Assentitur uniuersus sanctorum cœtus Paphnuiti orationi. Inde silentio obruta quæstio: permisumq; cuiusq; arbitrio abstinere congressum uxoris

II. Hanc ipsam historiam Sozomenus describendam putauit, libri pri-
mi capite vigesimo secundo. Et Gelasius Cyzicus lib. 2. Actorum Con-
cilij Nicæni cap. 33. Et Nicephorus lib. 8. c. 19. Cassiodorus Historia Tri-
partita lib. 2. cap. 14. Denique Gratianus distinct. 31. Canone Nicana Syno-
diss. Antonius historiæ parte 2. c. 3. Descriptis etiam Petrus Crabbe tom. 1.
Conciliorum, in actis Concilij Nicæni.

III. Hic quid non monent, quid non satagunt? Quid non turbant **P**a-
pistæ? Nihil illis obiectum, quod tantis oppugnant conatibus: quod tam
lubricis artibus inuadant: quod tanta bile dicam, an rabie, rodant? Ut faci-
le conijicias altum hinc illis vulnus. Quid promouerint, iudicabunt corda-
ti. Nobis certe laborem auxerunt: neq; enim paucis res tam animosè tra-
ctata, potest expediri. Separabo in ordines. Sunt enim, qui eam Socratis
narrationem falsi acculent, sunt qui de re ipsa dicant potius.

IV. Accusant Torrensis, Bellarminus, Possevinius Richeomus, Fronto, Ferrarius, Baronius: quibus mirum, si fuerint nares purgatores, quam Elspensæo, Medinæ, Cromero, contra disputantibus: aut etiam antiquioribus nihil extraordinarium suspicatis. Quid? quod & Vasques Bellarminum refutat, prolixè, cap. 4. quæst. 24. p. in 3. Thomæ? Veruntamen argumentum illi sumunt primum à Socratis primi autoris persona: tum à rei circumstantijs Socratem dicunt, primo posteriorem eo Concilio annis centum, & quod excurrit, computante Ferratio, Concilium habitum anno vigesimo quinto seculi quarti, Socratis vero historiam definere in annuū quadrageſimum tertium quinti. Profiteri ipsum multo se labore vera assequutum etiam sui temporis, lib. 6. cap. 1. nec potuisse certo comperta habere gesta Constantini, $\Delta\lambda\chi\delta\sigma\mu\pi\kappa\sigma$. Itaque ab alijs didicisse: atque adeo lib. 1. c. 9. Auxanonem Nouatianum autem sibi fuisse rerum apud Nicæam gestarum inter Constantimum & Acesium. Scisse ergo ex aliorum relatione, quæ ante annos centum euenerant: & quidem in Nicænam Synodum iniquorum.

V. Posteriore⁹ fuisse nemo potest ambigere: ideo ne potuisse quidem à seipso responde quæ praecesserant: ac ne omnia quidem sui ævi negotia. Sed hic quid noui, quid péculiare Socrati accidit, quod non promiscuum omnibus historicis? Aut, si hæc exceptio Socratem infamat mendacij, quam mibi dabit quisquam historiam, cui fides haberi queat? Scripsit Ecclesiastici primus omnium Eusebius, deducto exordio à Christi temporibus, id est, seculis ferme tribus ante se natum: quis id vñquam obiecit? Quid? Luium quis derubauit prima classe, describentem res supra septuaginta annum repetitas? Mitto reliqua, quæ possunt innumera proferri: sed Socrati, si fraudi esse debent, anni centum & quod excurrit, quid Baronius est meritus, qui seculorum sedecim Annales ausus est aggredi: & quidem

quidem sumptu in manus decretorio stylo, quo pro arbitrio veteres conseruerunt autores? Denique hos ipsos tam rigidos censores interrogo: Si Socrati obstitere centum anni, quoinius id sciret esse gestum: quomodo non nocuerunt eis sedecim secula, quo minus scierunt non esse gestum?

VII. Sed Socrati initio usq; rorundis iugis, varijs varia referentiibus. Et hoc certum: nam ipse proficitur. Verum quotus quisque eorum, non id ipsum agnouit, cuius in hac parte non labor tantum, sed etiam iudicium laudetur? Aut quis adeo est in scriptis Liuij, Plutarchi, Taciti, Tranquilli, hospes, qui non infinitis locis offendit eosdem conquerentes eadem gesta, aliter atq; aliter enarrata: inde que lectores incertos deserentes? Quod si omnibus id commune, quid mirum & huic accidisse? Aut quomodo *magistris* velabunt, qui quasi iustum suspicionis obijciunt argumentum?

VII. Illud superest, utrum quae scripserit, ab iis didicerit, qui essent in Concilium Nicænum iniquiores. Fingere potuit Ferrarius: at nos haud æquæ credere. Neq; enim extra omnem exceptionem, quod ei libuerit temere effutare? Imo, cui fiat verisimile, tum cum in viuis esset, Socrates, maximam testium partem, quos interrogare poterat, fuisse infenos ei Concilio cuius iam maiestas vniuersam Christianitatem occupauerat? Ipsi Imperatoribus iampridem suam autoritatem commodantibus?

VIII. Secundo Socratem mendacem traducunt Torrensis, Poissevius, Richemotus, Ferrarius: & mendacia indicant ex cap. 21, libr. 5. Nil habet Ecclesia de festo Patchæ fuisse constitutum, cum tamen Nicæa decretum sit, celebrandum Dominica post æquinoctium. Romæ non icinatum die Sabbathi, aut integra quadraginta, contra Augustinum, Epistola quinquagesima sexta ad Caſulanum: & Leonem, serm. 4. de quadragesima. Rursus lib. 1. cap. 2. Edicto Licinij prohibitum Christianis μὴ φοιτᾶν παρ᾽ ἔλασι: cum tamen apud Eusebium, lib. 1. de vita Constanti cap. 20: interdicuntur Episcoporum cœtus, & apud Sozomenum lib. 1. cap. 2. εὐηγγελίου, libr. 3. cap. 5. in Concilio Nicæano, de controuersia οὐδὲ τοις καὶ τοσούτοις νε verbum quidem factum esse: imo constitutum in Concilio Alexandrinô, non oportere, cum de Deo sermo sit institutus, his verbis viti, quæ non sunt in Scriptura. Mendacium probat, tum, quia fuisse pronunciatum secundum Arianos: vt in Ariminensi Concilio: tum, quia Hilarius de Synodis: Epiphanius heresi septuagesima tertia: Basilius Epist. 78, alij ea nomina usurpant non tantum contra Sabellianos, sed etiam Arianos. Deniq; Occidentes subscriptionem detrectasse αγρῖον μολυβόν, id est, propter ignorantiam, lib. 2. c. 15.

IX. Respondeo verbis Medinae. Si qui semel aus iterum in historia mentionem
titur, semper est mentiri credendus, vniuersa, sive prophana, sive Ecclesiastica iam
pergit historia. Quotus enim quisque autor mendacia non scribit? Aut nunquam
mentiti sunt, Herodotus, Thucydides, Pausanias, Dionysius, Linius, Salustius,
Iosephus, Suetonius, Eusebius, Theodoritus, Enagrius & reliqui, quibus tamen
vel in prophana, vel in Iudaica, vel in Ecclesiastica historia fides adhibetur? Er-
go nunquam illis, quoniam a multis, in grauissimis quoque rebus, mendacij ar-
guuntur, fidem praestemus. Hactenus Medina. Ego addo, derogent ergo fidem
luis legendis Papistæ: derogent suis Missalibus & Breuiarijs, quæ oportuit
correcta mandato Tridentini Concilij. Denique erogent Baronio, magno
Annalium helluoni: cuius plura (credo) mendaciam numeratis, quam annos
descripsierit. Mellem habes satis magnam in Casauboni Exercitationibus:
& hanc potest augere multis partibus, quicunque reliquos tomos examina-
bit: nam Casaubonus in primo solo laborauit.

Concilio, de Essentia & persona, ista deciderunt. Non oportere cum de Deo serm
fi institutus, his verbis uti. Nam scilicet nomen in Sacris literis non reperiri: E
voce vero, ut in Apostolium dogmatum tradendorum necessitate adductum, usum
fuisse. Caterum alia quadam ratione voces istas admittendas decreverunt, ni
mirum quod Sabellij opinionem explorant, ne verborum inopiam quae sicut
aem tripli nomine significatam existimemus: sed unamquodque nomen in Tri
nitate propria subsistentia Deus dicatur.

XII. Vides quam peruersè omnia Ferrarius detorserit, inuerterit
Nam sermonem nullum habitum Nicæ de essentia & hypostasi, nullus
dixit Socrates: sed ne verbo dignatos esse Patres, *τις τοις τοτε ζητοι*,
hanc inquisitionem: nimis motæ controuersiæ de ijs vocabulis, oœ
cazione Hosij. Arque hoc verissimum, neque contra quisquam pro-
batur est. Et quis nescit, multis vitis doctis hac parte hæc siue aquam
multis etiam post Nicænum centum annis: adeo ut ne Hieronymus qui-
dem non inuitus audierit? Rursus fallsum, dixisse eas voces non esse in
Scripturis. Tantum de *στοιχ.* & *νερ.* Nunquam enim id vocabuli legas
de Leo usurpatum: et si fateor nimis hanc esse *λεπτομορφias*: quandoqui
dem cognatae voces occurrant, *νησια*: Sed aliud est subtilitas importuna,
aliud mendacium.

XIII. Præterea non sine calumnia illud est: in sermone de Deo prohibitus vsum harum vocum: et si verba esse fateor Socratis: sed profectum non bona mente abrupta à serie contextus. Nam ille distinguit τὸ ἴδιον θεολογίαν: & τὴν τριάδα μίαν δόξαν κατέβασεν. Itaq; illud non vniuersaliter, quod tunc de Deo habet ut sermo, quo continetur etiam refutatio Sabellij, sed peculiariter, tractatus de unitate Dei: Ad eorum fine dubio mentem, qui cum Hieronymo, non distinguebant inter τὸν θεόν & τὸν γενητόν. Itaq; unitatem essentiae diuinæ viroq; vocabulo aequè designabant.

XIV. Concedo ea nomina usurpata à viris magnis, tum contra Sabellianos, tum contra Arianos: at hoc quid contra Socratem? Nequem enim negat videntur contra Arianos: sed duntaxat cum de unitate Dei Contra Arianos autem questio disputatur de personis. Eodem modo negatur pronuntiatum fuisse secundum Arianos: Itaque non tantum Nicæphorus, lib. 10. c. 15. Concilium Alexandrinum ea quo diximus (& repetebat à Socrate) sapienter mihi constituisse videntur: sed etiam Baronius anno 392. §. 192. recte definita esse pronuntiat. Vtvis fides, Nicæphorone, & Baronio, an Ferrario?

XV. Ignorantiae accusauit Occidentales. Ita sanè vertit Christophorus sonus: *quod lingua Graeca ignorari erant*: & huic fidem Ferratus habuit: sed neque ille bene, neq; iste fālē. Socrates *mōra si qmā mīrūtēta pīgn inti-
onōmī dīg rōdīmōg λαώos eīos, & tōsōs pīxōtōs iżgħiex tħix cō nsexa pīgn λ-
għoġġi, qmīn u kieni w-żgħix x-żgħix għidha*. Redde. Hac (scilicet Orientalium
tħali pī-si b'la-xogħi) Episcopi Occidentales, quod essent alterius linguae
non admiserunt: sufficere Nicānam fidem, dicentes, neq; ulterius quicquam
mouendum. Atqui *oħegħiλ-wa* os non significat imperitum linguae cuius-
quam: sed cui lingua patria non est eadem. Hac autem circumstantia si-
gnificat, non fuisse occidentales obnoxios constitutionibus Orientalium
a quibus etiam lingua separantur. Ceterum recusatæ subscriptionis causa
sam perspicuum reddunt, sufficere Nicānam fidem.

XVI. Liciinius autore Socrate, οὐδέποτε πάλιν ταῖς ἴσποντες μὴ φοιτᾶν, οὐδὲ τῷ ξύρῳ αὐτῷ φέρειν αὐτόν τη χρήσιμων, *lege interdixit Episcopis*, frequenter Gracos: ut religioni Christiana proficiendi occasio nulla esset, Mendaciū esset vult Ferrarius. Quamobrem vero? Quia Eusebius significauit prohi-bitas Synodos. Quid codemne, inquam, edicto? Vnde has? Aut cur non diuersa esse potuerint? Imo ipse Eusebius paulo post alterius edicti meminiit, non valde abiludentis à verbis Socratis. Δέσποινος νόμος ίτισθαι, μη δια-*περιστήσθαι αἰδεῖς αἴγα, γυναικί εἰς τὸν Θεόν προσεύνειν Λέγεις, αὐτὸς εἰς τὸ στοιχεῖον αἴρεσθαι αἴδησα>. *τὰ φοιτάτα γυναικῶν φέρει*. Aliam legem tulit, ne viri cum mulieribus adessent, *Deum precantisbus: neque mulieribus ticeret scholas frequenter, ubi virtus doceretur*. Sed Sozomenus interpretatus est ἐνταξιάζειν. Imo Sozomenus, ταῦτα Χριστιανῶν οἱ πρόποτες εἰς μιχεῖται τῷ θεοῦ τῷ γε τῷ θεῷ λαζαρῶν, τοιούτοις θεοῖς τοῖς Φρεγεροῖς επικληπτάζειν, μετατραπεδούμενοι λατερίας τῆς κοινωνίας ιερού. At Christiani, qui ad Orientem adiisque Libyam, Aegyptiū finitiimis, tunc non aucta; salam in Ecclesiam convenire, mutata Liciinius in eos benevolentia. Nullam vides edicti mentionem. Tum si idem fuit dictum, cur non æquem meritum Sozomenus? Non enim idem ενταξιάζει, quod Synodos celebrare, vel interficere Episcopos de rebus suis communi-carē?*

XVII. De Pascha, Socratis locus est, *οἱ μὲν γένεται Πάσχαν, τριῶν τε καὶ τριών*
ἔτης δεκατέτερη καὶ Κυριακή, επειδὴς νῦν δύον. Qui Romæ
sunt tres ante Pascha, exceptis Sabbato, & Dominico, continuas hebdomadas
ieiunantur. Quod peccati est? Primo, inquit, negavit Sabbato Roma-
nos ieiunare. Fallum, inquam: Imo idem eodem capite contra: *εὐταῖον πάντων*
οὐδέποτε νομούσι. Roma quocunq[ue] Sabbato ieiunantur Quid ergo? Nempe, de
tribus proximis loquebatur ante Pascha Septimanis, ieiunijsq[ue] more: negat
igitur Romæ ieiunatum fuisse integris ijs septimanis: sed interruptum iei-
nium, Sabbato & Dominico. An mentitus? Mentitus ergo Leo: cuius hæc
sunt sermones illo ipso 4.d quadragesima, *Secunda igitur, & quarta, & sexta*
festa, ieiunamus. Vides?, omitti Sabbatū & Dominicū: imo amplius tertiam
feriam? Nec contra Augustinum à quo habemus Romæ sabbathio ieiunari,
at non omnibus Sabbatis. Quid? quod & Canon Apostolicus 64. prohibet
ieiunari Sabbato, & in Constitutionibus iuberet diem esse festam Clemens?

XVIII. Alterum mendacium, non ieiunari Romæ quadraginta dies: cōtra Leonem. Ne hoc quidem vere. Nam Leo quadraginta dies non numerat: sed *Sanctos quadragesima dies*. *Sanctos*, inquit, *quadragesima dies* pia deuotio suscipit. At hi non necessario sunt quadraginta dies ieiunij continui: sed tantum quadraginta dies sancti, intra quos exerceuntur ieiunia, omnia quadragesima nomine, et si varia numero, ut indicat Socrates: etiam cum septem numerarentur hebdomadæ.

XIX. Tertio, obiciunt Socratem fuisse Nouatianum. Probat Ferrarius. Primo, quia coniuncti fuerint Donatistæ Nouatianis. At lib. 2. c. 32. haec Socratis verba, Donatistam redoleant. Si illi Spiritum Sanctum non habebant, qui per ordinationem in quemlibet descendit: isti sacerdotij functionem non acciperunt: qui enim accipere potuerunt, cum daretur ab ijs, qui eum non habuerent? Secundo, quia diligentissime Nouatianorum natre miracula, Eutychiani, Agelii, Pau-

lij, Pauli, etiam Nouatianorum vitam describat artificiosè, ne successiones quidem omittat. Tertio; eorum beneficia, qui eis fauerunt, exsequitur, ut Juliani, Attici: contra, qui in eos duriores, eos insectatur, non duntaxat Nestorium, sed etiam Chrysostomum, Cyrillum, ipsam Ecclesiam Romanam.

XX. Respondeo, relinquere me in medio hanc Socratis accusationem, hoc tantum dicere: si verè fuerit Nouatianus, tum functum fuisse strenue partes optimi historici, dum sibi est ita moderatus intanto tamen ardore, quantus solet esse partium in religione: ut præter tenues coniecturas, nihil ei possit obijci. Laudauit Nouatianos: Nimurum in ijs es, qui dicunt, *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus?* Æquum-ne id fuerit? Aut cur non tuitidem concludas Catholicum, quia longè plures laudat Catholicos & horum successiones longe studiosius annotarit: & reliqua similiter? Crede mihi, ridebuntur hæc *λαύδιος οὐγάτη* ab ijs quibus mens non siderata. Nam ostendendum erat potius falso narrata, quæcunq; in eam partem ab eo collecta.

XXI. Verum, concedamus fuisse Nouatianum. Quid hoc pertinet ad id, de quo agitur: *Quasi vero* (inquit Epiphanus,) *non simul esse potuerint, & viri non boni, & historici non mali.* Sed enim tum solent præiudicia partium non ineptè obijci, cum de ipsis agitur partibus: neque enim verisimile ipsum suis dogmatis non fautorum haereticum. Quid ergo in Nouatianis obseruatum est, quo eos oportuerit imposturis causam promouere Presbyterorum coniugatorum? Viques. *Licet Nouatianus fuerit, non perinde sequitur hac in re mentitum fuisse, quum error Nonatianorum de alia omnino diversa fuerit.*

XXII. Expediet Ferrarius ille, recens de cœlo datus nouus Antiquitatis totius promus condus. Ita enim indigetari decet, ex quo factus est Cardinalis Omniscaj affecta. Nouatiani, inquit, secundas nuptias damnabant: quia Paulus dixisset, *Episcopum unius uxoris virum.* Itaq; eos oportuit coniugium Presbyteris comunicare, ut secundarum nuptiarum prohibitionem in plebem extenderent. Id posse elici, ex obiectione ab eis sumpta, apud Epiphanius: quibusdam locis Episcopos & Diaconos generare: quæ verba sunt etiam So. ratis, quo varius recenset ritus.

XXIII. Deus bone! quid est frontem habere ferrariam, si hoc non est? Plurimi hæc tenus extiterunt, qui nobis haereticorum descriptore placita, tum antiqui, tum recentes: nec quisquam hæc tenus, qui Nouatianis in hoc capite, quod est de Sacerdotum connubio, obseruauerit quicquam diuersum fuisse à Catholicis: Non Epiphanus, non Augustinus, non Philastrius, non Damascenus, non Harmenopolus, non Niceres Chonita: non recentiores, Alphonsus de Castro, Prateolus. Imo Viques magnus Iesuita, cui hominum generi nunc adulatur Ferrarius, *Nouatianorum error de alia omnino diversa refutavit.* Et nobis nunc Ferrarius persuadeat? Quid si ego illi longinquitatem obijcam temporum, quam paulo prius ipse idem obiect Socrati? Sed ei nimurum vii datum nosse & quæ præcedentia, cum praefatibus. Ne futurorum quidem non conscientia, si venter iussit.

XXIV. Egregiè. Secundas nuptias damnabant: ergo eos oportuit coniugium presbyteris communicare. Itane? Atqui Epiphanus accusat quidem, *ον τὰς ιερωνικὰς τρόποδινα τις πιζεπάντως τις ιερέως, οινοντας τὸ μαντεῖον φέρεις, censentes & quæ ad omnes pertinere, quod esset in Sacerdotij gratiam traditum propter excellentiam ministerij: sed voiluisse quæ plebis erant imponere sacerdotibus, neque quisquam dixit, neque vla ratio persuaderet.* Nam quæ spes erat interdicendarum plebi secundarum nuptiarum, si vna permitterent presbyteris? Potuerit somniare Ferrarius, ex quo nonnihil intercessit societas cum Iesuitis: led non quæ somniabit etiam persuadet, si quis quidem.

XXV. Coniicit ex Epiphano, obijciente sibi Nouatiani nomine, quibusdam locis Episcopos generare. Nouatiani, inquit, nomine? Quis credat, qui vel textum legerit? Nam si Nouatiani erat obiectio, nihil infantius Epiphanio. Refellit enim Nouatianum, quod ex verbis Apostoli, designantis Episcopum, Presbyterum, Diaconum unius uxoris virum, concluderet improbandas secundas nuptias etiam in plebe. Soluit argumentum Epiphanius, congruentem dictum dignitati Sacerdotij: neque enim admitti ad ordinem eos qui post baptismum secundo contraxissent. Addit, ne eos quidem, qui primis vterentur. Quasi diceret: negari id producendum ad plebem vñq; , quia presbyteris interdictus esset etiam vñsus primarum nuptiarum, quæ tamen plebi sunt liberae. Quem hic quælo locum habere potest obiectio Nouatiani nomine, à Sacerdotibus generantibus? Nam obiectionem, si quæ erat facienda, oportuit confirmare consequentiam: At tantum negatur exemplum: quo quid erat opus? neq; enim propterea non legitimè negabatur consequentia, id est vis argumenti. Id potius verum, quia assertus est non admitti Episcopos & generantes, timuisse sibi Epiphanium etiam à Catholicis, ne obijcerent oppositum vñsum: itaq; voluisse obiter occupare & soluere.

XXVI. Sed missam faciamus tamen hanc puerilitatem. Et demus ipsum Nouatianum a deo fuisse bona mente vacuum, ut obijceret, quid tum? an propterea Nouatianum fuit, concedere presbyteris matrionum? Atqui id passim siebat. Siebat, inquam, non apud Nouatianos duntaxat: sed apud Catholicos. Nonne enim diserte Hieronymus, contra Iouinianum libr. 1. *Quasi non hodie quoq; plurimi sacerdotes habeant matrimonia.* Cur non ergo Hieronymus Nouatianus? & vero si Nouatianorum id fuit, cur non exceptit Epiphanius, quod erat in promptu, non Catholicorum esse? Sed vere oritur me ridiculum exhibeam, qui tam absurdum somnium curiosè refellam.

XXVII. Quarto Ferrarius obijcit ipsum testari Sozomenum, libr. 1. c. 5. corruptam fuisse bona mentem vacuam, ut obijceret, quid tum? an propterea Nouatianum fuit, concedere presbyteris matrionum? Atqui iam ductis vtruntur: *τὸν πενταγενοῦν τὴν θετον μετάσεις ἐπὶ οἱ επικλησισι.* Evidens distinctio. Illud de digamis rigide seruari, ut ne recipiantur: hoc vero de generantibus, seruari quidem, at non vñq; : sed maximè, vbi Canones sunt seueri. Quomodo dixerit Papista, vñq; Monachis interdici vestem secularem: sed vbi austerior disciplina, etiam super fastamentis cubari: non tamen significet, iuberi omnes Monachos sic cubare. Sic Epiphanius indicauit non esse vñq; terrarum impositam clericis *επαγγελίαν*, sed quibusdam locis duntaxat, & uno verbo, alias Ecclesiæ alijs rigidiores esse, & notandum, vbi Canones sunt exactiores: non vero vñ canonum vñs: hoc enim dici poterat de neglectis canonibus, iam statutis,

pellent omnes corruptorem Synodi Nicæna. Ferrari, ausum non iam Sabinum, sed ipsum deferre Socratem? Nam tibi: cur negent posse easdem artes esse familiare? Sed legitur Socrates & legitur multis: legitur autem alijs oculis. attenditur alio animo, quam Ferrarij: & qui legant, qui attendunt, non parcum agnoscent laudum eius Concilij: increpito eriam Sabino, Patrum nomina contumeliosè tractante. Nec verum, à Sabino petitum testimonium: tantum, descriptas ad Imperatorem Acacianorum literas, quas alibi si quæsiuisset, frustra fuisset. In quo, ut scias quantum sit peccatum, easdem literas inuenies apud Sozomenum lib. 6 c. 4. Nicephorum lib. 10 c. 40. Cassiodorum lib. 7. cap. 4. Denique apud Baronium anni 363. §. 141.

XXIX. Atque hæc tenus argumenta contra Socratis personam: nunc alia aliunde. Quinto, *Sic vera est*, inquit Torrensis, *hec historia, quemadmodum alii scriptores, quorum maior, & fides & diligentia est, silentio eam pratermisserunt?* Nec Ferrarius argumentum neglexit.

XXX. Quid ergo? Nihil ne in Socrate verum, quod non apud alios legas? Atquij vel præcesserunt, vel sunt sequuti. Præcessit historiæ folius Eusebius. Fidem-ne ergo denegemus Socrati, quoties non exscriptis ab illo? Quidigitur fieri contentiis Alexandri Alexandrinij & Arij? quid literis Constantini super ea contentionem ad vitrumq;? Quid magnificis illis contra Philosophos disputationibus? Quid ijs, quæ de Theogni Nicæna, & Eusebio Nicomedensi? Quid Byzantio urbe ampliata? Quid Indis, & Iberibus ad fidem accedentibus? Quid Antonio Monacho, monachorum patre? Quid infiris alijs? Nam infinita sunt propemodum quæ ab Eusebio præterita, Socrates non putavit omittenda. Viderit Torrensis, viderit Ferrarius, hæc cine omnia velint inter fabulas computari?

XXXI. Sed cur ne posteriores quidem retulerunt? Et nominat Torrensis: Theodoretum, Theophanem, Georgium Cedrenum, Gregorium Cappadocem, qui Encomium scripsit trecentorum decem & octo: Epitomeq; Concilij. Acta deniq; ipsius Synodi, in quibus non extat historia Paphnutij.

XXXII. Sed Theophanem, quod sciam, nullum habemus: ne Gregorium quidem Cappadocem. Si habuit Torrensis in multis manuscriptis quorum ei potestas facta, ipse viderit. Nobis de testibus ignotis, nihil est quod dicamus: quanquam Theophanem in Epitome multa omisisti quis miretur? Cedreno, falsum, hanc omisam partem: corruptam verius. Nam is cœlibatum clericorum dissuasum à Paphnutio notauit, exceptis Episcopis. *τὸν συώδεις γενούτους διελογεῖ, ὥστε καλεσθεὶ μὲν οὐνικῆς θεραπείας γέγονεν. Βαρεῖ τὸ δόγμα τοῦ ἀπόστολος, καὶ μόνος επιτελεῖται εἰνποτε τὸν τοῦ Θεοφάνειαν.* Cum velle Synodus decernere, ne Clericus mulier copularetur in nuptias, eam sententiam ut duram refutavit, sanxitq; ut solis id Episcopis obseruaretur. Quæ vero dicat Synodi Acta Torrensis, non diuinabo. Nego vlla existare non post id tempus collecta: & prima opinor Gelzij Cyziceni, cui hæc historia non omissa. Quidquid ne Alphonsus quidem Pisanus fuit suscipere vel omittere, vel falsitatis suspectam habere? Nam Ioachimi Camerani historiam Synodi Nicæna cur nominem? Solus itaque Theodoretus iuperest. Hic vero, si nulla omittatalia, deseramus sanc eius nominis, ut fidem Socratis vellicet. Sed, quid si alia? Hosum à Constantino misum, Alexandriam, Athanasijs ordinationem, & puertiam: Byzantij ampliationem, Antonium Monachum, & alia non pauca. At hæc in tanto Theodoreti silentio, fidem obtinuerunt, curvum illud de Paphnutio proscrivimus?

XXXIII. Deniq; quis hanc historiæ legem vñquam prescripsit, ut nihil in ea verum sit, quod vel priores tacerint, vel posteriores non descripsent? Aut, cur quemq; & quæcum sit prestatre culpam sive præcedentium ignorantiae: sive posteriorum negligentiæ? O si in se ipsis hac tanta seueritate vterentur! Mitto portentosam idolatriæ audaciam, quæ infinitas reliquias multis post seculis inuenit, inuenitq; , postquam eas extare oportuit, nulli vñquam vñs, cognitas, auditæ, ante quam inuenientur: Cameram Virginis, Longinum eiusq; lanceam, & mille similia. Quis ante Baronium dixit, Constantinum, postquam factus est Christianus, apostata esse? Quis olim dixit à Papa Romano conuocatum, indictum Concilium Nicænum, aut vñllum Oecumenicum? Quid nonne Baronio solene, plerasq; traditiones temporibus Apostolorum inserere ex testimonijs longe recentioribus? In Apparatu, bouem & asinum adstitisse nascenti Domino ex Hieronymo, si am ex Hieronymo: Aquam ex spelunca Christi fluentem, ex Beda: Anno primo, Fontem Ägypti, in quo lotus saepè Christus infans, ex Burchardo. Et, ut magis mireris, anno eodem arborem inclinatam Servatori: trigesimo quarto fontem Emmauntis post lotos Servatori pedes, omnibus salutarem, non aliunde, quam ab hoc ipso Sozomeno, cuius fidem nunc tam seuerè exag; ant: nec clamat quicquam Nouatianum fuisse: posteriorum fuisse, racuite priores, & quæ nunc cunq; ad rauim ingemint. Cur tam varij? Vna causa, hoc nolunt esse verum: illa nolunt esse falsa. Si vñit.

XXXIV. Sexto: testimonio Socratis opponunt aliorum testimonia. Epiphanius dicere, contra Canones Ecclesiasticos, à presbyteris, & Diaconis generari liberos, hæresi 39. Hieronymum contra Vigilantium libr. 1. non licere Presbyteris & Diaconis Ägyptijs, & Orientalibus uxores habere.

XXXV. Imo, non dixit Epiphanius esse contra Canones: sed non admitti, vbi Canones sunt seueri. Duo habes apud illum: Prioris de ijs qui mortua uxore aliam duxerint: atq; hos non recipi, & māne, inquit, ασφαλέστερα τὸ θεοφάνειαν. Alterum de ijs qui mortua uxore aliam duxerint: atq; hos non recipi, & māne, inquit, ασφαλέστερα τὸ θεοφάνειαν. Evidens distinctio. Illud de digamis rigide seruari, ut ne recipiantur: hoc vero de generantibus, seruari quidem, at non vñq; : sed maximè, vbi Canones sunt seueri. Quomodo dixerit Papista, vñq; Monachis interdici vestem secularem: sed vbi austerior disciplina, etiam super fastamentis cubari: non tamen significet, iuberi omnes Monachos sic cubare. Sic Epiphanius indicauit non esse vñq; terrarum impositam clericis *επαγγελίαν*, sed quibusdam locis duntaxat, & uno verbo, alias Ecclesiæ alijs rigidiores esse, & notandum, vbi Canones sunt exactiores: non vero vñ canonum vñs: hoc enim dici poterat de neglectis canonibus, iam statutis, quod

Quanquam hocpet uteretur; vt amat fieri, cum frangimus vim occupatae ob-
iectionis: nam ceteroquin non paucis locis facilitatum facile docet Hiero-
nimus: qui coniugatis orbem plenum scripsit, epistol. 83. Imo reiici coniu-
gatos non dixit, nisi in Oriente & Aegypto: Sozomenus in Thessalia, Mace-
donia, Hellade, & Thessalonice libri 3. cap. 21: Nempe ergo Epiphanius Ca-
nones non erant vniuersales: sed locis quibusdam peculiares: ac maxime O-
rienti, in quo ipse erat. Cur ergo contradicunt Socrati? Maxime. cum nul-
lum hic canonem factum dicat: sed permisum liberum: unde nemo mirabi-
tur aliis aliud placuisse: prout angelica seueritas plus minusue
cordi.

XXXVI. Septimo opponitur Canon terius Nicænus, quo sanctitur Cœlibatus, & prohibetur, ne apud se habeant Episcopi, Presbyteri, Diaconi vi-
lam mulicrem vllijs spiritualis societa: is prætextu (ita enim Fronto expres-
sum voluit) excepta matre, sorore, amita.

XXXVII. Sed negatur eo Canone sancti cœlibatum, aut prohiberi omnes mulieres. Cœlibatus neque nomen est, neque indicium. Mulieres prohibentur, non omnes, sed tantum *outrageantibus*: in quibus vxores legitime nunquam fuerunt. Sed huic rei prolixior inquisitio debetur proximo libro, cum nobis hic idem Canon obicietur.

XXXVIII. Nec pluribus, quod sciam, impugnatur historia veritas. Deinceps sicut paulo quietius agetur de re ipsa: neque enim etiam, cum non reiicitur tanquam falsa, defundit Sophismata, quibus eludatur. Et primo, sunt nobis qui obiciant malam fidem. Richeomus Mornaeum dicere ab hoc Concilio permitti omnibus uxores ducere. Castro similiter: obiicit nobis Caluinus, inquit: Concilij Nicenii decretum, quo sanctum, liberum fore sacerdotibus, ut uxores si vellent, ducerent.

XXXIX. Sed hic, præter mendacium, nihil est. Nam Caluini quidem verba ex 3. cap. Institutionis (vñus est enim Castro prioribus editionibus) hæc sunt §. 70. *In sententiam Paphnutij discessum est, qui pronuncianuit castitatem esse cum propria uxore concubitum. Mansit ergo inter ipsos sacram coniugium: neque aut ipsis dedecori cessit, aut maculam ullam aspergere ministerio creditum est.* Et exstant adhuc in postrema editione §. 26. cap. 12. libr. 4. Sed & Plessæus libr. 2. de Eucharistia, cap. 10. *Sententia lata, qua coniugiorum vñus Ecclesia ministris concessus.* In quibus, quid est, quod reprehendat quisquam? Est quidem verum, manisse prohibitionem nuptiarum post ordinationem: sed quid ad nos? An propterea non permittit vñus coniugij? Nisi forte coniugi negent, id quod ante ordinationem erat contractum.

XL. Post agunt de ipsa Paphnutij persona. Meletianum fuisse Possevillus, & Pisanus libro tertio de Actis Nicenis, Quin & autoritati Paphnutij non est quod multum fidant: quippe ex Meletianorum numero fuit, quos Concilium Nicenum damnauit. Testem adhibent Epiphanium hæresi sexagesima octava.

XLI. Sed calumnia est : cui laruum Baronius iam detraxit , anno 315^a geminum fuisse ille tempore Meletium: vnum hunc, qui Synodo Nicenae interfuit, strenuum Arianorum oppugnatorem : alterum illum apud Epiphanius. Et sane hunc suum Epiphanius anachoriteram appellat: & appellatum, cum Ioannem collegam legationis ad Imperatorem , Episcopi titulo honorat: vnde manifestum, non fuisse eiusdem ordinis. At hunc nostrum, non tantum Sozomenus annumerat Episcopis, Hosio, Amphioni, Maximo, libri i. cap 10. sed etiam Socrates diserte Episcopum dicit ciuitatis cuiuldam in superiore Thebaide. Et Ruffinus libri i. cap. 4. Fuit præterea in illo Concilio & Paphnutius, homo Dei, Episcopus ex Aegypti partibus, Confessor. Et tamen, da fuisse Meletianum: quid ad Meletianos controuersia de cœlibatu? Vasques Meletius, & qui ipsum sequebantur, nihil contra fidem Catholicam locuerunt. Sumplicat ab Epiphanio heretici 68. Meletiani dico meletianis 1100 εποκονου εν τη θεοτικη χρονιᾳ της κατολικης εκκλησιας, γη της ορθοδοξεως & γρηγοριανων εν τη σημειωσει, αλλα Meletio quodam Episcopo in Thebaide Ecclesia Catholicæ, & reæ fidei neque enim immutata est fides eis. Post, ωχι μακραιον ει πλιντηνα γραμμα της πιστης γεγονότως, Schismate fecit, verum fide non est mutatus. Denique Paphnutij nos autoritate non tam nitimus: quam ipsius Concilij euntis in eius sententiam. An ergo totum Concilium Meletianum? Quanquam inde non parum ponderis Paphnutio, admisla à tanto certu eius mente comprobatis argumentis: quæ non sunt alia, quam quibus nos etiamnum hodie pugnamus.

XLI. Addunt Monachum fuisse : ideoque non vxoratum: frustra ergo à nobis citari : ita enim Richemodus: addit rationem Ferrarius: Quia, nos etiam Monachorum cœlibatum non probemus.

XLIII. Antecedens conceditur: consequentia negatur. Imo tanto potenterius producitur testis, quanto illi constantius fuit Monachismi propositum. Neque alia mente Socratis dictum, καὶ τὰς ἐλεγχόντας αὐτὸν, οὐκ εἰς τούτην γένονται: εἰ μηδὲ δοκιμοῖσι αὐτοῦ πρᾶσσον, τούτη πάντα φέρουσι, εἰ καὶ οὐδὲν οὐκ εἰστιν. Hac ille, expers nuptiarum, imo omnino mulieris: ut pote educatus à puerō in monasterio, & quod ad continentiam attinet, famosus quantum quisquam alius. Quod ipsum notare non omisit quisquam. Nēpe, coniugato quid non in promptu fuisse obiectare? Dicant à scipis Papi-
stae, qui hac occasione nullis in nos maledictis temperant. Sed bene, quod non tantum nuptiarum, sed etiam omnino mulieris expers fuerit. Dicant inde, quantum in eo momentum in laudes nuptiarum: tantum leuitatis in hodiernis ccelibatus cultoribus: quorum, et si publicum sit odium nuptiarum: at non secreta continentia à mulieribus.

XLIV. De Paphnutio haec tenus. Sed is, quicq[ue] tandem fuerit hæreticus, an Orthodoxus, monachus, an secularis: tamen constat, & ipsum magnō cum honore loquutum de vsu coniugij, eius, inquam, coniugij quod alienum censetur hodie à Sacēdoto, sive ex sua natura, sive ex institutione diuina, sive ex traditione Ecclesiastica: & adeo alienum, ut p[ro]x[imo] tolerabilior censeatur scriptio: mo iussisse concilium, ut abstinentia ab uxoribus nemini imponeretur, sed cuiq[ue] libera permetteretur. Quid ergo aduersarij? Tacentne tandem, cum vident exhausta sua omnia argumenta, quibus & testes rei geltz impetebant: & autorem ipsum lancinabant? Tacent autem? Non iis id ingenij, ut vel manifestissimæ veritati concedant. De ipso igitur Concilio accingunt le dicti. Et, qui Socrati, propter annos centum,

negabunt cognitam esse posse gestas in ea Synodo: iidem sibi post sedecim
secula perspectissimam ipsam etiam inuentem Patrum tantum non iurare
audent. Ergo & hanc nos partem videamus.

XLV. Alphonsus Pisanus extremo libro tertio Concilij Nicæni: Non est verisimile, inquit, iudicio volentium telicam fuisse à sanctis Patribus omnium Christianorum continentiam: sed eorum duntaxat continentia libera permanxit, quæ libera prius erat: eorum videlicet sacri ordinis clericorum, qui cum ordinarentur, coniuges erant, & continentiam non promiserant, ut prius se habebat mos Ecclesiæ. Confuetudo enim fuit Ecclesie à tempore Apostolorum, ut presbyteri à coniugibus, quas ante ordinationem accepérant, continerent, nisi forte in aliqua necessitate dispensatio intercederet.

XL VI. Vide confidentiam! Non esse relictam cuiusque arbitrio continentiam Christianorum. Imo non tantum verisimile, sed etiam certissimum. Atque adeo quidem, ut neque hodie Papistae: ipsi, inquam. Papistæ cœlibatus iuratissimi defensores, contra ausint dicere. Nam, quorsum audiuius tamen studiose protestantes neminem apud se cogi ad cœlibatum? ne presbyteros quidem: quia non cogantur fieri presbyteri? Et quod istos puder profiteri, nos existimadimus longe laudiores Patres a se iudicasse alienū? Sed ista, quid sonant? ἡ γνῶμη τὸ βουλεύειν ἀπογεγόντος εἰς αὐλαῖς τὴν γαυματίνην αἱ θύσαις. Vel hæc ex Sozomeno: ἦταν τὸν εἰδὲ σομηρότερον ἀπὸ τῆς εὐάγγελης γνώμη τὸ πέτρη μα κοντά σταύρῳ ήτο. Hæc mihi, siue tu Pisane, interpretare, siue alius quisquam, ita ut sonent non esse verisimile; relictam Christianorum continentiam cuiusque arbitrio: & viceris.

XLVI. Illud verum, liberam mansile corum continentiam, quæ libertati prius erat. Nihil tu verius vñquam potuisti dicere. Sed, cur non ergo, & apud vos mansit? Veruntamen hos, tu quos nam, quæso, intelligis? Eos, qui cum ordinarentur coniuges erant. Admitto. Sed latini id tibi? Minime: & continentiam non promiserant. O scelus: itan' tibi impune videtur illudendum Concilio, imponendum nobis? Non omnes, inquis, coniugatos: sed eos, qui non vouerant continentiam. An, quia apud vos moris est, duce-re vxores, ut ab iis abstineatur? An apud vos moris est, vouere contiuentiam, & post ducere uxores? Sed longe aliter, ij à quibus hanc habemus historiam, Tεs iερωμηπους λέγοντες ιτικόνους το πεσθετέρους, το γλ̄γκόνους μὲν οὐ γέδοντας τοὺς γαμετάς, τὸν λαὶ γε ὅτις ήγειρε, το. Lege: & obserua nō distin-ctoshos ab illis: sed omnes comprehenos, quilaici cum essent, duxissent va-
xores.

XLVIII. Consuetudinem fuisse à tempore Apostolorum , ut abstinerent presbyteri coniugibus suis : falsum est , & constat , tum extota hac controuersia: tum ex hoc ipso loco ; δέ τις πατέρων νόμον νεαρὸν οὐ τελείωσεν επικάκουον. Cut νεαρὸν si iam inde ab Apostolis: Nisi forte tu consuetudinem dicas sine lege. Quod si facis, inepte facis, & absurdē, qui statim dispensationem inuehas & quidem dispensationē in necessitate. Nam quis audiuit dispensatum , nisi aduersus legem ? Tum autem apud vos, in Ecclesia, itidem ut in republica, confuetudo, præsertim antiqua, pro lege est. Sed hæc consuetudo , si vere allegatur: & quidem talis, ut dispensatione opus esset , & quidem in necessitate: Ergo omnes presbyteri continent à promittebant. Quid ergo opus erat distinguere? Aut, cur non potius dicas voluisse Parres , ut hoc ipsum promittere, ex vi consuetudinis neminem obligaret? Tu videris. Nobis multo probabilius , nondum legem ullam fuisse nondum etiam consuetudinis vim inualuisse : sed tum primum ex quorundam, forte etiam m' alitorum exemplis, tentatam tyrannidem : & huic intercessisse Paphnutium, obstitisse Concilium. Itaque nugarur Pisanius.

XLIX. Posseuinus longe aliter. Nicænos Patres , admittendam esse vnbique purioris Apostolicæ traditionis de cœlibatu obseruationem cordantissime insinuasle, si qua ratione ope ferre possent Orienti fa schismata, & alia damna collabenti: sed auersum plerorumque mentem vidisse, intellexisse difficillimum eos, qui erga cœlestem disciplinam non afficerentur, foliis legibus posse ad officium redigi: itaque sapientissime fecisse: nimirum, ne alia quæ imminebant & iam deliberata fuerant, nouarum tractationum occasione relinquenterentur inchoata.

L. Optime : aut hic rem acu retigit , aut nemo vñquam. Scilicet Patri-
bus Nicenis Posseuinus fuit à consiliis , & quidem intimis : vt cum nulli la-
tuerint eorum motus , nullæ cogitationes fefellerint: & quicunque hac-
nus eam historiam scripserit , meras nugas egere , cum dixerit permotus ora-
tione Paphnutij. Credite Posseuiu: longe illis alias rationum alia mo-
menta fuisse in animo , quam , illas pridem tritas quisquilias : Honorable
esse coniugium : cubile immaculatum : congressum cum vxore legitima,
castitatem : non posse omnes capere tam exactam disciplinam , & quæcum-
que in eam rem addi poruere. Nam hæc nimium redoluere simplicitatem
bonisenectionis , forte repuerascentis , longi etiam monasterij situm : At Pa-
tres id videre , quod multos post annos videre Tridentini : astu potius tra-
ctandam Ecclesiam , itidem ut temp publicam : consiliisque humanis dirigen-
dam: Canones condendos , non ex veritatis præscripto : sed ex prælenti re-
rum statu: concedendum plerunque hominum perueritati , vt quod iis non
placeat , ne consulatur quidem : denique non nihil mali faciendum , vt eue-
niat bonum. Has bonorum illorum Patrum cœlestes nouit , imo pernuit
Posseuinus Iesuita : & eas nunc denique in hac mundi senecta putauit ma-
nifestandas , quas ipsos Nicenos puduit posteritati prodere.

L. I. Astute, nisi supereressent scrupi: quos valde expediat discussos, quod ille oblitus est: attene an forte incertum. Primo, vnde constat cœlibatus observationem cordatisimæ insinuatam fuisse: cuius rei, ne tenuissimum quidem indicium apud vnum, à quo eius Synodi acta sint olim commemorata? Nisi & hoc sciuit Possevius ex illa arcanorum conscientia: quomodo Antonius sciebat omnia, quæ continebantur Cœsaris testamento.

LII. Secundo , quā verum , non potuisse persuaderi hanc abstinentiam : & tamē ei prouisum iam olim per traditionem Apostolicam , sive potius consuetudinem Ecclesiasticam : sic enim Pisanus nominabat . Etenim , si fuit consuetudo : ergo in vsu : Si fuit in vsu : Ergo redacti iam ad officium presbyteri . Atque ita egregij illi Parres id desperarunt posse fieri .

quod tamen in vsu erat promiscuo. Egregiam vero prudentiam! Et astum plus quam humanum!

LII. Tertio: mirum est, fuisse Apostolos istis Patribus imprudentiores: Nam si consuetudo fuit Apostolica: Ergo ab Apostolis instituta. Quis factum est igitur, vt viderint Nicæni Patres, non viderint Apostoli, non posse eos, qui erga ecclæstem disciplinam non afficerentur, solis legibus ad officium redigi? Nisi forte magnum hoc arcanum nobis Posseuinus, conscientius omnium temporum, insinuat: incidisse Apostolos in Gentes, iam à seipso assuetas cœlibatai. Sed tum mirabuntur omnes, qui factum vt inciderint Nicæni Patres in Christianos adeo degeneres, vt illis fuerit omnibus mens auera.

LIV. Denique, hæc me cura torquet: qui factum, vt timidiiores Nicæni nihil ausi sint decernere: at audaciores Tridentini, de residentia Episcoporum, de pluralitate beneficiorum, ea ausi sint, quæ tum longa experientia, tum propria conscientia, sciebant nemini probacum iri: aut sicut ille dicebat olim, vel duobus, vel nemini. Et euriſtis non venerit in mente, quod illis, aut talitem Posseuino, difficulte eos, qui erga disciplinam non afficerentur, solis legibus posse ad officium redigi?

LV. Sed Posseuimum misum faciamus: demusque locum alij non ex veteri disciplina, sed recenti apostasia, totius antiquitatis mystæ. Ferrarium dico, qui, quia ex impluvio, & quidem auro eum habuit Spiritum, quem ex persona Tridentini Patres, sine dubio rem confecerit: aut omnes frustra erunt. Ille igitur (quanquam Smythæus prior occupauerat) & quidem confidentissime: Firmari hac Paphnutio sententia id, quod huius controversie caput est: in totam controversiam continet: Ne post ordinationem cuiquam hiceat vxorem ducere. Nam illud de presbyteris coniugatis, nulli usui esse hodie.

LVI. Euge, acute, cate, caute, astute: Nihil consultius, quibus iura sunt aduersa, quam suo arbitrio statum causæ fingere, refingere, interpolare. Denique *καὶ τοιούτους οὐδεὶς διέπειν τὸν πόνον τοῦ γάμου*. Næ, vos euasuri pœnas estis fures, si obtinetis, vt ne disputetur de furto coercendo: sed queratur, vtrum præsentibus utileat. Nec Caino, vel diuinum iudicium critimori: si non acculetur occisi frarris, sed tantum post cædem sepulti. Verum non sunt eadem reis vtilia, & recipiçæ: non hæreticæ, & Ecclesiæ salutaria. Reipublicæ Ecclesiæque interest querere, & quid sit factum, & quo iure. Audacter ille in Libanii Menelao *Ἐλασσον, καὶ ἔχων μὲν σύριγχον, τεθῆναι τὸν πόνον τοῦ γάμου*. Cepi, ac teneo: molestus nescis. Sed constanter contra, *Ἄλλος δοκεῖ λαβεῖν, οὐδὲ ἔχειν Αἰτιάνθητον γένος τοῦ λαβεῖν*: ita quod nō laebet, *οὐδὲ δοκεῖν καὶ ἔχειν τοῦ λαβεῖν*: ita quod nō laebet: ita quod nō laebet. Atqui non satis est cepisse, neque reiñere Par. Fit enim ut tollat quis unde non deceat, & posse deat non sua. Neque enim id eo protinus quis iure possidet, quia rem nactus: sed ita demum si citra culpm, *οὐδὲ τοῦ λαβεῖν αἴτιος συνοπτειν*. Atqui non simpliciter spectare conuenit, si quid capiatur: sed longe magis quibus rationibus capiatur. Hinc enim & illud perpenditur,

LVII. Itaque nobis, quibus non licet esse tam argutis, negatur id caput esse controversia: negatur ea esse tota controversia. Fontes enim censemus inquirendo. Et cum sciamus hodie apud Papistas neminem Presbyterum, esse coniugatum, inquirimus, qua id causa factum sit: querimus inquam, quæ iusta ratio fuerit arcendi coniugatos à presbyterio. Quid constat non factum Paphnutij & uo: constat post institutum audacia Romanorum Episcoporum. Et constat prohibitum, ne priori matrimonio vti liecat. Antoninus ad hanc ipsam historiam, *Occidentales se contraxissent ante susceptionem ordinis sacri, non possunt vti tali matrimonio: & hoc à tempore Innocentij & Sircij, qui continentiam quantum ad hoc indixerunt Diaconibus. Antea poterant Occidentales, sicut & Orientales vti iam contrafacto ante ordinationem in sacris. Nauclerus similiter, Licit tunc eis, qui ante sacros ordines uxores duxerant, eas postea retinere, & matrimonio vti: sed postea Gregorius Papa, & ante ipsum Sircium, indixerunt talibus continentiam. Denique Gratianus hunc Canonem referit inter eos, qui ex tempore sunt considerandi, Quia nondum erat constitutum, ut Sacerdotes continentiam seruarent.*

LVIII. Non igitur est illa tota controversia. Sed ne p̄cipuum quidem caput. Quis enim nescit, cum de iure facti disputatio est, inquiri p̄cipue in causam? At nos cum quærimus, quare apud Papistas nulli sint Presbyteri coniugati: respondent, nuptias Sacerdotio repugnare: alij iure diuino, alij iure Ecclesiastico, & eo antiquissimo. Respondent, quod Gratianus indicavit Canone *Ante triennium, distinct. 31. Causa huius institutionis munditia fuit Sacerdotialis. Itaque necessario hoc transfertur disputatio, ut queratur, vtrum sit immundus presbyter coniugatus: vtrum repugnet presbyterio coniugium. Et fit hæc quæstio p̄cipuum caput controversiae: contra quā Ferrarius voluit, dum voluit nouo aliquo subtilitatis pretio, recenti sua apostasiæ premium addere,*

LIX. Concedimus tamen in hac historia firmari eam sententiam, quæ huius controversiae caput est: dum definitur perspicue, & coniugium esse honorabile etiam in presbyteris, vt ne amplius vtiligatores agant in vobis: & ipsum congressum cum vxoribus esse castitatem, etiam in presbyteris, id est, *τὸν πόνον τοῦ γάμου*. Vnde necessario sequitur, non pollui sacerdotium matrimonio. Rursus viuensam controversiam definiri concedimus: dum negatur prohibendum usum matrimonij presbyteris iam coniugatis. Inde enim conficitur, ne prohiberi quidem contrahenda debere: quia nihil sit in his quam in illis deterius, si vñus ipse non sit malus. Neque sane Papista vñus haclenus habuerunt argumentum, quo proprie contrahenda oppugnarent.

LX. Præterea negamus illud ipsum de coniugio contrahendis, ea historia definiti. Nam neque à Synodo, quæ tantum non probauit legem ferri contra contracta, quæ quæstio fuit proposita. Neque à Paphnutio. Hic enim, *δοκεῖν* inquit, *τὸν πόνον τοῦ γάμου*, *αὐτὸν τοῦ γάμου* *τοῦ πόνον τοῦ γάμου* *αὐτὸν τοῦ γάμου*. Satis esse, ut ne qui prius ordinatis sint, ad nuptias transeat secundum antiquam Ecclesiæ traditionem. At, qui sufficere dicit, non propterea rei ius vñum definit: sed vñum dunataxat relinquit intactum. Imo subsignificat, vt plurimum, non nihil, quod potius toleremus, quam probemus: & libenter mutemus, si possimus. Tale illud, *Satis est potuisse videti: Et, pro magno peccato paululum supplicij satis est patri. Quid illud Christi, Lucæ 22. Satis est, cum duos gladios cœlentarent discipuli: Et quis non men-*

tem Paphnutij concipiatur, iis rationibus nouæ legi intercedentem, quibus antiqua consuetudo & que conuallatur?

LXI. Addit Ferrarius: testari hos historicos, Paphnutio p̄cipuum cum fuisse coniugum, de quorum non posset quisquam castitate securus esse, si eas mariti desertum irerent. Argumento, in gratiam eorum perorasse, qui inuiti ordinati essent.

LXII. Nugæ: imo mendacia. Primum, non viderut Paphnutius ambiguam facere mulierum castitatem. Scio in eam partem conuerterea verba à Christophoroforo: sed, quid si perperam? *οὐδὲ οὐτε φυλακτοῦ τὸν πόνον τοῦ γάμου οὐδὲ ιδίας γαμετῆς*. Nam quia Itam additum à Sozomeno explicatiois causa *τοῦ φροντίου τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου*: siue ab ipso potius Paphnutio, vt est apud Gelazium: *τοῦ φροντίου τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου*. Misi quidem videretur sensus esse potius, vt *τοῦ άπαντίας ανθρώπων* difficultatem exaggeraret: ne facile quidem futurum, vt intra legitima vxoris vñum sece omnes continerent: nedium adstringi possent tam leuero *άπαντίας* vinculo. Itaque verterim: ac ne quidem forte seruatum in eam continentiam, quæ propria vxore contenta sit: Continentiam vero appellabat, cuiusque congressum cum legitima coniuge. Et sine dubio phrasis Græca huc magis inclinat. Quanquam paulo prius in citando loco, ita discesserim à Christophoroforo, vt tamen hunc sensum non expresserim: sed ambiguum reliquerim: vt doctis integrum permittatur iudicium.

LXIII. Gelazius legit altera: *οὐδὲ οὐτε φυλακτοῦ τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου οὐδὲ ιδίας γαμετῆς* (ita enim manuscriptus codex) *οὐδὲ φυλακτοῦ τοῦ γάμου τοῦ πόνου τοῦ γάμου οὐδὲ ιδίας γαμετῆς*. Balforeo interprete. Non enim omnes aut ferre posse vite illud institutum, quod omnibus affectibus vacat. Nemo, ut opinor, in castitate seruabitur, si mariti singulis suis priuantur uxoribus. Quod mihi quidem videretur aliquanto duriusculum: minusque congruum: sed alij viderint.

LXIV. Demus tamen boni patris eam mentem fuisse, quam Christophorofori verba expresserunt, neque à singulorum uxoribus forfæce eam castimonia normam posse seruari. Quid inde? Aut, quis non viderit, quam ridiculū dicatur hæc p̄cipua cura fuisse Paphnutio: quæ tantum interargumenta fuit, nec primo quidem loco? Videlicet in disputando Papistæ non veritatem sectantur: sed affectant audaciam, vt in sylvis latrones.

C A P . XL

Patrum sententia.

I. Absolvimus publica decreta: inde transimus ad sententias priuatas. Non magno illas quidem numero: quia, & primorum seculorum haud multi supersunt scriptores: & post Concilium Nicænum propagata sit magis ac magis cœlibatus admiratio: adeo vt, etiæ non vbique obtinerit, tamen laudatores vbique habuerit. Verum qui Scripturis suum locum assignarit: qui Concilia enumerata considerarit: is quæ pauca habemus præterea testimonia, non negliget.

II. Primo loco nobis sunto, qui Matrimonij laudes ita celebrant, vt ne genti officere pietati sanctitati ve. Augustinus de bono Coniugij c. II. Debet ergo coniugale est castitas procreandi, & reddendi carnis debiti fides: hoc est, opus nuptiarum: hoc ab omni criminis defendit. Apostolus dicendo: *Et si ac operis uxore, non peccasti, & si virginupseristi, non peccasti, & quod vult, facias, non peccatis, si nubas*. Quod ergo ait: *Quia innupta est, cogitas ea, quæ sunt Domini, ut sit sancta & corpore & spiritu, non sic accipendum est, ut puerum non esse sanctam corporum Christianam coniugem castam. Omnibus quippe fidelibus dictum est: Ne scitis quoniam corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis à Deo. Sancta sunt etiam corpora coniugatorum, fidem sibi & Domino seruantium.*

III. Chrysostomus in Genesi homili, vigesimam primam. Et placuit postquam genuit: vt ne quis arbitretur obstatu virtutis esse coniugium. Quia si sobrium sumus, neque educatio, neque coniugium, neque aliud quid nobis obstat, quanto placeamus Deo. Nam si nuptia, dilecti, vel puerorum educatio, perpedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc nostram vitam nuptias introducisset uniuersorum Dominus, ut ne in rebus precipuis, & maxime necessariis nos laderet. Sed, quia non solum nihil nobis obstat ad philosophandum Deo, si voluerimus esse sobrios, sed & magnam adserit consolationem, dum comitatem in sanum natura impetum, nec turbari quasi mare sinit, sed efficit, ut scapha feliciter in portum appellat: & ideo consolationem hanc humano generi tribuit. Idem de verbis Esaiæ. Vidi Dominum. Homil. 4. Quotiescumq; ubidam de vulgo differimus, dicentes, *Cui non recte viuisti? quamobrem non præstas mores absolutos? Qui possum, inquit, nisi diuertam ab uxore? nisi valedixero liberis? nisi valere iussero negotia? Quamobrem? Num obstat matrimonium? Adiutorix tibi data est uxor, non insidiatrix. Annon habebat uxorem Prophetæ? Neque tamen spiritus gratia obstat coniugium: sed cum uxore coniugium habebat, & erat nihilominus Propheta. Moses nonne uxorem habuit? Et tamen is petram dirupit, aerem in mutant, cum Deo colloquebat, diuinam iram cohibuit. Abraham nonne habebat uxorem? Et tamen pater factus est gentium, & Ecclesiæ. Annon vidisti totum, & filij amantem, & Dei?*

IV. Hæc illi. Nec vero mihi meus Ignatius obiiciat *οὐαρεῖτε*, *Contra cœlibes, iuratos, & votos in castimoniam, quod nuptia bona sint, virginitas melior, afferuntur scriptura & loquentes honorifice, de coniugio. Quem ferunt nos, Chamire, qui honorificentius multo quam vos, & loquimur. & sentimus de matrimonio Christianorum.*

V. Nam primo de iuratis, de votis in castimoniam, nullus nobis sermo: nec eam tantum ob causam: quia se inngere placuerit cœlibatus legem à votis: sed etiam, quia persuasum, debere omnes Christianos, nullo prorsus excepto, iurare, vovere castitatem, quam Scriptura iniunxit, non alicui hominum aut generi, aut ordini: sed omnibus ex æquo. Quid ergo? nempe eos: impugnamus, qui castimoniaz prætextu, fœdam legem inducerunt, qua prohibetur non concubitus, sed matrimonium, vt olim Manichæus Augustinus exprobabat. Quique hac caula tam spuce, tam fœde blasphemant in coniugio: vt mollius scortationem tractent.

Et λογία μετά α' erit, cum huic hominum generi laudes opponimus coniugij? Quid! quod ipsi peccatum in se admittunt, quod in nobis carpunt? Nam, ut hanc probent tyrannidem, quā matrimonium prohibetur presbyteris, quorū quisque est, qui nobis non occinat castimoniæ laudes? virginitatis præconia, continentia elegia? Tam sibi sunt talpæ, qui aliis tam Lyncei?

VI. Sed, & laudes non promiscuas arripuiimus, aut ex triuio: ex quibus integrum volumen posuit confieri: sed eas excerpsumus, quæ iugulum eau-
sa recta pertant, oppositas nimurum iis causis, quas causas assignant sui cœ-
libatus: Immunditiam dico, impuritatem, fœditatem, auersionem à Deo,
quas quidem illi exaggrerant pro arbitrio. Nam si has constet esse iniustas:
nonne obtineamus? Si presbyteri, iuquint, debent esse puri: Ergo abstinen-
dum a coniugio. Nos consequentiam negamus. Quis enim non videt, lup-
ponendum, conjugatos non esse puros? At, qui hoc dicat, aduersus hunc si
probauerit, corpora coniugorum Christianorum esse sancta, necesse ne
fuerit ~~ad~~ ^{ad} nūgari: Nisi forte impudicitia sit tanta, ut asserat, & sancta corpora esse impura, & impura esse sancta. Rursus clamant. Qui in carne
sunt, placere Deo non possunt. Ergo presbyteris abstinentiam matrimonio.
Et huius nouferiat Chrylostomus, qui diserte negat obesse, quoniamus pla-
ceamus Deo?

VII. Pergo ad alia. Clemens Stromateon. 3. Καθόλε πάσου αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ Παύλου συνεργούσαι καὶ γενέται αἱ διδάσκων, τοῖς τε γάμοις, τοῖς τε παρδοποίοις, τοῖς τε εἰσιν διοικήσοις, μηδὲν οὐτε εἴ τοις τοῖς φεύγοντος ἐδιαμορφώμενοι τὸν πόρφρα. Καὶ αἱ τοῦ ἀγαλαζίου συγχώνευται νόμοις περὶ τοῦ λαγχάνοντος ζευκτείου ἐπέτησαν, τοῖς τοῦ λαγχάνοντος τῷ Θεῷ γάμῳ καρεγούμενοι συνεργοῖς. τὸν τε λαγχάνοντος Θεόν βαλεται συμβούοντες: Et, ut in summa dicam omnes Pauli Epistole, que moderationem docent & continentiam, cum & de matrimonio, & de liberorum procreatione, & de domus administratione innumerabilia præcepta continent, nusquam honestum moderationumque matrimonium prohibuerunt, aut abrogarunt: sed legis cum Evangelio seruantes conuenientiam, utrumque admittunt, & eum qui Deo agendo gratias moderate vtitur matrimonio, & eum qui, ut vult Dominus, vivit in castitate. Nusquam prohibuerunt, inquit: Et volunt tamen Papistæ alter. Nam qui σὺ φερα, qui γέγοντι dixit, eundem volunt & paulo post dispergabunt interdicere matrimonio. Vtris fides? Papistis, an Clementi?

VIII. Sed erunt posthac, qui de ipso presbyterorum coniugio disertius dicant. Clemens ille alius, quisquis est autor Apostolicarum constitutio-
nū lib. i.e. 2 cum primo dixit ambigue, το οδια δια την επισκοπην, μιας αε-
ρων γερμανων γυναικεων παρομηθει: talem oportet esse Episcopum, unus qui fa-
ctus sit vir uxoris, que ipsa unius insperit: quasi nollet praefatis coniugium in-
telligi: tamen subiicit, ηγε μηνα τερψθει της πιστωτικης: Si uxorem ha-
besset pudicam subilem, aut haberetur: quæ verba virtutumque significant, tum
præterit, cum praefatis matrimonio. Itaque non dubium, illud prius, πα-
νομοδος αερων, non eum significare tantum qui maritus olim fuerit, post
esse desierit: sed eum, qui factus sit maritus, id est, nuptias cœlebravit ante
ordinationem: siue ex postesse desierint, siue persistenterint.

X. Ex eodem, locum alium habemus libri sexti capite decimo septimo, cui corrumpendo egregiam nauavit operam Turrianus. Græce ita habet: Επισκόπων, ἡς σύντετρον, ἡς Διάκονον εποιεῖ μηνονάμους καθίστασι, καὶ ποιεῖ τὸν αἰ γαστρί καὶ πεπάσασ, Episcopum, ἐπιτρόπον, ἐπιτρόπον διαconum diximus singulos expertos nuptias ordinari debere, siue viuant eorum coniuges, si sic decesserint, ut ieiuniū ad nuptias μετ' χειρονομίαις στρέψῃ τοις ἀγαποῖς οὐδὲ τοις μετ' αὐτοῖς: Non licere autem post ordinationem, si sint non coniugati, ad nuptias transfire: vel si coniugati, aliis copulari mulieribus. Et hactenus perspicue, atque ad eam mentem, quam in praecedente loco notauimus. Nechabemus quod de Turriani vertione conqueramur: et si postrem illud ἐπειδής οὐ μετάδειν αρctius vertat, alias in matrimonium accipere: cum prohibeat etiam fornicatio. Sed exigui hoc momenti.

X. Sequitur hoc longe maioris, *αὐτὸν οὐδὲ τοις ἀλλοῖς εἰπεν* καὶ *εγράψαν*. Sic enim legendum contendit, & verit, Sed potius quod cum haberent, ad ordinationem venerunt, contentos esse. Et huius lectionis interpretationisque virtu mysterium edoceri. Ipse praebuit in annotatione defensoria: *Plurimum referi bene interpretari hanc constitutionem: quae si male intelligatur, non solum libidinem Sacerdotum Graecorum defendat, sed Latinis quoque ad petendum, quo concedi non potest, aditum preparet, & muniat. Sin autem bene intelligatur, castitatem & continentiam sacri ordinis fanciat. Vides audacia causam: ne quod præiudicium fieret eccliebari, ex autoritate tantiviri, quantum existimat hunc Clementem, etiam Apostolico nomine honestatum.*

XI. At nos absurdam hanc electionem, & à Graeca lingua alienam barbitum ore pleno redolentem pronuntiamus: neque posse dari huic phrasi phrasin similem apud *κατά την έχουσαν θάλην*. Rursus negamus & posse Latinę extimū per particulam coniunctiūam, quod, cum sit potius disiunctiūa. Itaque legendum *δρόκοις οὐ κατέχοντες ηλίον εἰναι κατεγγένειαν*. Contenti sunt ea, quā habentes venerunt ad ordinationem: ut opponatur proximo membro *ηγετούσοις επέρας συμμαχίας*: sensu manifesto, & facilis. Ne aliis villis copulantur mulieribus: sed ea sunt contenti, quam prius duxerant. Quæ verba manifeste concedunt vnam legitimam coniugis post ordinationem, dissentiente quidem ipso Tufiano: qui obseruat interpretem se priorem ita vertisse, ut nos contendimus.

XII. Sed ille tamen suam lectionem stabiliri satagit his argumentis. Primo, tribus se libris manuscriptis legisse & Secundo, non posse & referre ad vxorem: quia subiiciatur participium pluralis numeri habentes: non enim dicendum, *quam* habentes: sed *quas* habentes: quia non plures vxorem habent: sed plures viri plures vxores. Tertio, coniunctio ~~etiam~~ infert aliquid contrarium ei quod proxime praecessit: itaque necesse est, hoc ipsum contentos esse habere, pugnare cum eo quod proxime vetuit, nimirum de re alias post ordinationem. At contentos esse, habere simul, & vt, non pugnat cum eo, quod est ducere alias post ordinationem: siquidem consuetudo, quam ordinatus habet modo cum vxore, si ita ponamus, non aduersatur consuetudini cum ea, quam post ordinationem duceret, si id quoque ponamus.

XIII. Sed codicum autoritate non mouebuntur οἱ τὰ κετπικῶς πολὺτες, qui
Tom. III.

propria experientia didicunt singulis pene versibus peccare exscribere
tum sive ignorantiam, sive discordiam: tum autem manifestam colligunt
mendam, cum vel grammatica syntaxis est absurda, vel tensus non constat.
Imo docet nos ipse in iis codicibus scriptum non \hat{z} , sed \ddot{z} : vnde erat facilis e-
mendatio in \ddot{z} addito tantum spiritu, seruato accentu: cum ipse & spiritum
addere sit coactus, & accentum mutare. Tum autem non erat negligendum
consensus praecedentis interpretis: quem facile est suspicari autoritatem
esse sequutum sui codicis. Denique nullum dico fore sane mentis criticum,
qui non deferat vestigiis scripturae puritati sermonis veterique interpreti;
indeque tanquam certissima demonstratione conficiet legendum \ddot{z} . Neque
rursus ullus erit, qui dubitet, quin hic sit articulus relatuus: si modo Athe-
nas vel procul salutaris. Nam qui interpretabitur *quatenus*, nihil nisi igno-
rantiam suam traducet.

XIV. Potuisse dici *autem*, non repugnabo: sed non apte dici *est*, nulla ratio-
ne Turrianus probabit. Nemo enim ignorat & bene dici, *quam habebant*
singuli. Et facile in his distributionibus illud *singuli* subaudiri: Iob primo
pueros percusserunt gladio. Numentorum trigesimo secundo. *autem* & *περιτριχων* *αι-*
τονες εις την εισαγωγην τοντον: pro quo est in editione Latina: donec introducamus
eos ad loca sua. Et post, *V*isque dum possideant filii Israel hereditatem suam: pro
quo Graecos *εις την κληρονομιαν ειστε*. Et rursus *περιτριχων* *τοις πλησιν η-*
μεων. Habemus possessionem nostram. Denique Paulus dixit, *Diconi sunt viuis*
uxoris viri. An viuis omnes? *βαλλουσκειν*. Sed viuis quisque. Olympio-
dorus in 9. Ecclesiasticis, *Quod si ad uxorem mariti viuis cuiusque referas, tunc*
literaliter sensu nos admonebit, ut tuxtam onagram legem, uxore una contenti si-
mus. Audin' vna, & contenti simus? Non praeuiderat Olympiodorus le-
suitas.

XV. Tertium argumentum simile est aliis infinitis, quæ subinde occur-
runt in huius virilibris, cum excarnificat cerebellum suum: ut aliquid aut
dicat, aut velit dicere, quod neque ipse capiat, & lectors torquat instar
gryphi. Adeo sunt & verbis perplexa, & sensu absurda. Opponi oportere po-
sterius membrum priori, quod ille primo ponit loco, nem o negat. Sed non
opponit illud ~~δηκοντας οχετις λαθος~~, ei quod præcessit ~~μετα τηρησιν ιππων~~
~~μετα τηρησιν, η γαρ αποκρισις επειγει συ μετα τηρησιν~~, tam præter omnem rationem
dicitur, ut mihi miraculi loco sit, potuisse vel Iesuitam somniare. Nam cer-
te qui contentus est ea vxore quam habuit, non querit aliam: & qui quer-
rit aliam, non contentus est priore. Verum, inquit, consuetudo cum priore
non repugnat consuetudini cum posteriore. Potuit ne quicquam dici stu-
pidius, agrestius, insulsius, aut si quid est quod adhuc dicam, in eum qui
non vident non opponi, imo non opponendam consuetudinem consuetudi-
ni, sed consuetudinem vnius solius, consuetudini alterius postillam? Pro-
fecto & quibus, & qui ter, bibit, uterque bibit, atque ita non opponitur al-
ter alteri: sed opponitur tamen qui ter, ei, qui bis tantum. Nec aliter qui vi-
nam duxit, ei qui alteram: quia tollunt se mutuo,

XVI. Apud Eusebium, historie libri 4. c. 23. Dionysius Corinthiorum Episcopus magni vir nominis τὸν Πινυτὸν Ἀδραῖον μη' βαρὺν φορτίον ἐπιτράχυνε τὸν αὐγεῖαν τοῦ ἀδελφοῦ εἰπεῖν θέατρον τῆς ἡ πολιῶν σοζάσθαις ἀδεστραῖος. Pyntum admonet ne graue onus castitatis fratribus ex necessitate imponat, sed multorum imbecillitati attendat. Et huic quidem consilio videtur Pinytus non acquiescere: sed ita iescribit tamen: ut non veteris ullius legis obseruationem postulari, sed nouam potius & perfectiore vivendi rationem optari significet, Αἴτιος οὐδὲν, τερρότερος οὐδὲν μεταδίδωμενος τελείων προσογειώμασιν εἰσῆδι τοι μαρτύρων λαὸν υπόθρεψαντες, οἵ μη Διός τελείων γαλακτική δεῖσις εἰδιατέλεοντας λόγοις την πρώτην αἰγανὴν λάθοντας αυγερόστατος. Contra obsecrat, solidiorē cibū tandem imperiat, populūque suūm perfe-
ctioribus literis paſcat: ne semper exerciti sermonibus merum lac redolentibus, in
puerili disciplina imprudentes consenserant. Quā ipsissima ratio est eorum,
quibuscum & nos hodie conflictari necesse est: imaginantium Christianos
mores, quo magis discessum est à temporibus Apostolorum, hoc magis per-
fectionem attrigisse. Quo nihil vanius, nihil futilius, aut magis alienum à
vero. Pyntum ergo vides non contentum ea disciplina, quæ erat ab initio, &
nouæ perfectionis coadjutrix inflatum, nouos mores introducentem
Dionysium contra, nouitates timprobanter, & quos ille perfectos dicebat,
eorum ἀδεστραῖον obiicienter. Vtrum sanorem? Certe Papistas ipsa coegeri
experientia, cum Dionysio infirmitatem agnoscere: quanquam exitu longe
diuerio: cum enim ille ab ea infirmitate concluderet, non imponendum
cœlibatum: isti de cœlibatu nihil remittere: tantum mollire seueritatem in
fornicantes.

XVII. Bulengerus respondet τὸς ἀδελφὸς in Dionysio intelligendos laicos, non clericos. Portentose. Quis enim audiuist vnquam tam immaniter insanientem Christiani nominis quenquam, nedum Episcopum, & quidem sanæ fidei, qualem Pinytum describit Eusebius, qui vniuerso populo continentiae φροντίδας imposuerit? Ne Manichæos quidem tam aperte dementiae quisquam accusauit, aut alios, quibus lusus fuit matronij infestatio. Enim uero, fratrum nomine, eti omnes Christiani veniant, tamen peculiari quodam modo sic solebant clerici clericos salutare: & ut peculiariis iis vlt nullus esset: tamen quia omnes Christiani fratres, quod proponitur clericis, fratibus cur non dicatur proponi? Imo, ne λαός quidem cum Pinytus nominat, Bulengerofauet. Non enim id nominis semper laicos significat, cum distinguuntur a clericis: sed interdum totum Ecclesie corpus in quo etiam clericorum ordo.

XIX. Et nota, ~~mis' aūtū~~, *cum ea, utr' aūt'*, post eam. Nam hinc nullum argumentum honestatis: quia etiam post quæcunque atrocia peccata licet. Petro, post negationem, & quidem rituam: Paulo, post blasphemiam & persequitionem: Cypriano, post diabolicam magiam: Hieronymo, post fornicationem: sic enim nunquam maritus, facetur tamen sibi deesse virginitatem: Augustino, post concubinatum. Quid multa? Infinitis post idolatria, post hæresin. At nullis vñquam cum negatione, cum blasphemia, cum persequitione, cum magia, cum fornicatione, cum concubinatu, aut idolatria, aut hæresi. Quis non exhorrescat dicentem *riua* esse omnia, quia post ea licet ordinari? Imo quis non *riua* neget, quia non licet cum iis ordinari, id est, nisi iis ciuratis? Videant, quantum matrimonio deferant Papistæ.

C A P. XII.

De Apostolis, Apostolicisque coniugatis.

I. **A**Tque haec tenus cursa sunt Antiquitatis tum publica decreta, tu priuatae sententiae. Superest pars terra exemplorum, quae docebit nos id ipsum, quod hucusque docuimus licere, fuisse reuera usurpatum per vniuersitatem Ecclesiam Christianam multis seculis. Incipiam ab Apostolicis temporibus, inde descendam ad subsequuta: desinam in historiam apertae tyrannidis.

II. Apostolos Ambrosius existimauit fuisse coniugatos: *In mulieribus errorum significauit: nam si mulieres, mulieres intelligas, ut ideo putes virgines dietas, quia corpora sua intaminata seruauerunt, excludis ab hac gloria sanctos: quia omnes Apostoli, excepto Ioanne & Paulo, uxores habuerunt.* Paulo aliter Ignatius, ne Paulo quidem excepto, Epistola ad Philadelphenses, §. *Vixi tuus auctoratus mecum eram, et tu duxis me ad eorum illorum, qui ex misericordia tua duxisti. ex quo mea gloriatio est, quod a te basilius sis, et a beatoe am, et l'otia am, et l'ancor, et l'astor, et H'otia, et tu auctoratus es.* *Praeterea, non Paulus, sed etiam dominus deo, et grecos et eorum innotescit: Non viximus reliquos beatos, quod nuptius operam dederint, quorum iam memini: opto enim ut dignus inuenitus Deo, ad eorum pedes inueniar in regno, postea, Abrahami, Iсаaci, Iacobi, Iosephi, Esiae, et reliquorum Prophetarum: item Petri, Pauli, et aliorum Apostolorum, qui nuppiis operam dederunt.* Basilius de Abdicatione seculi, coniugatis reddendam esse rationem temperantie & castitatis, ut sint qualis olim Abraham, & Iob, et in regno dilectio nostra est. *Praeterea, et si auctoratus deo, In Nono Testamento, qualis Petrus fuit, unaque cum eo reliqui etiam Apostoli.*

III. De Petro res est perspicua , cuius Socrum in Scripturis legimus ,
Marci.1. *Socrus Simonis decumbebat febricitans. Chrysostomus de verbis E-*
saias homil.4. ubi socrus, ibi & uxori: ibi & coniugium. Clemens , Siromateon
3. testatur liberos genuisse, Πέτρον τον Φίλιππον επεδοπισμένο : atque
adeo in Papisticis legendis, Petronilla est eius filia, hac occasione eleganter,
scilicet, ficta, & ad inauditam nominis analogiam. Veruntamen uxori martyrium patienti , maritum adstituisse descripsit Eusebius histor.3.lib.3.cap.30.
ex Clementis Stromat. 7. Φησὶ γράψαντες μαρτύρους Πέτρον, οὐκ εἰπόντες τίνι ιωτεί-
γενναντι αὐτούς φύλον ήταν αἵτινοι, οὐδὲν τὸν τῆς κλήρου τόπον, κατὰ τὴν εἰς ἀνθρώ-
πους κακούς. ἐπειφῆσαι τὸν μείζονα περιπτεπτῶν Ιερομάρτυραν περιπτέπτοντα, μι-
γμένος, ὡς τῷ τε κυρίῳ , *Dixit beatum Petrum cum vidisset suam uxorem duci*
ad mortem, statum esse propter vocationem, quodque domum reverteretur: ex-
clamasse etiam vehementer hortando, & nomine compellando, Heus tu me-
mento Domini.

IV. De Paulo, non Ignatium duntaxat, sed & eundem Clementem habemus testem, Stromateon 3. quod nec Eusebius omitendum putavit, εἰδὼς Παῦλον οὐκ ἐργάζεσθαι τινὰ πεπονιζέσθαι σύζητον, λέγει επειχόμενον, οὐ γάρ τὸν ἴαγοντας διεσώλει. Et vero Paulus non contatur in quadam Epistola suam coningem compellare, quam non circumduceret, quod non esset opus multo ministerio.

V. Philippi duo fuere : alter Apostolus , Diaconus alter & Euangelista. Hunc habuisse vxorem constat, cum dicitur habuisse filias quatuor. Acto. 21. Paulus & nos qui cum eo eramus , venimus Cesaream: & ingressi domum Philippi Euangelista, qui erat unus ex illis septem, mansimus apud eum: huic autem erant quatuor filii virgines prophetantes. Chrysostomus de verbis Esaiae homilia 4. Quid autem Philippus, nonne quatuor habebat filias: Vbi vero quatuor filia, illuc & uxori, & matrimonium.

VII. De Apostolo testem habemus, Eusebij libro 3. cap.31. Polycratem Episcopum, qui Epistola ad Victorem Romanum, κεφαλαιον της διαταξης, την ιωνιαν την, Etiam si Philippi meminist Apostoli, eiusque similiarum. Tum recitat verba Eusebii, αναληγοντες παντες της αγιας Φιλιππων της διαταξης, οικισμον την εισεγκολην, κακδυον θυματεος αυτης γενουσκυας παθεισ, και επιστρεψ αυτης θυματης εν στιφτω μεν μετωπον εισιτην αιανω επιτη. Requiring omnes sanctos. Philippum unum ex duodecim Apostolis, qui dormit Hierapol: & duo eius filia, que virgines sentiuntur: item alia eius filia, que in Spiritu Sancto vita acta, Ephesi quiescit. Sunt qui hoc etiam de Philippo Diacono interpretentur: sed manifesta sunt diversitatis argumenta: tum quia Διακονος ille dicitur ex numero Apostolorum, tum quia eidem tres tantum Alia assignantur: quae Diacono numerantur quatuor.

VII. Vtrum amborum Clemens tertio Stromateon intellectexerit, incertum, πληρῶς μὲν οὐδὲ φίλια τοῦ ἐπαγθεωντο. Φίλια τοῦ δὲ καὶ μᾶς γυναικῶν αὐτοῖς εἰσέδωκεν, Petrus et Philippus liberos genuerunt: Philippus etiam filias viris tradidit. De Apostolo videtur, quandoquidem annexit Petro. Nec obstat, quod filias tradiderit viris: neque enim omnes, sed duas tantum virgines senuisse dixit Polycrates: & potest etiam de vna sermo institui numero plurimum. Quod si cui tamen durum: illi, sane esto potius Diaconus: & quas virginies Lucas dixit, intelligat pro tempore: id est, tum cum ad Philippum dierit Paulus, nondum fuisse viris elocatas.

VIII. Sed & Iudam fratrem Domini coniugio vsum, collige ex Hegesippo apud Eusebium libri. c. 20. E' ποτε τοις οι δωρεας η ανειση, η αραι η αδη, τη μητρα σπειρα λεγομενη αυτη αδελφη, Adhuc superstites erant de genere Domini nepotes. Inde, qui dictus est eius frater secundum carnem. Non potuit habuisse ιωνας nepotes, vt non haberet liberos, proindeque vxorem. Nam ιωνας a-
pud Phanorinum, οικιζει filius filii.

IX. De Luca testes sunt, Volaterranus Anthropologiae libr. 16. extrem.

Vixit annos octoginta quatuor, cum anni

*Vixit annos octoginta quatuor, cum coniugio. Et viatina in Clero, vixit annos octoginta tres, uxorem habuit in Bithynia. Sie enim habent priores editiones, Lugdunensis, anni duodecimi supra mille quingentos apud Gilbertum de Villiers Borbonium: & anni quadragesimi apud Eucharium Ceruicorum. Contra Colonensem anni septuagesimi quarti apud Matthæum Chelini-
num: cum annotationibus Onuphrij. Hæc enim legit, Vixit annos octoginta
quatuor uxorem non habens in Bithynia.*

X. Denique Nicolaum illum, qui in septem Diaconis locum habuit, coniugem habuisse testantur omnes qui eius historiam descriptere, Epiphanius, γενιαλος επι τη οχυρωματος Φοινικης οντος, Vixorem habuit formosam.

XI. Quid hic nostri Papistæ? Primo inquirunt in exempla Pauli & Lucæ, quorum veritatem reuocant in dubium. Otiose. Nam quid tum? Sufficeret enim vel vñus Petrus. Quia si alienum est à ministerio sacro coniugium. Ergo ne Petrum quidem oportuit esse coniugem. Etsi coniux fuit, & tamen ad ministerium sacrum vocatus, tum necessario falso est, ei ministerio contrarium esse coniugium. Sed videamus tamen exceptions.

XII. De Luca primum, quia facilius est. Platinæ autoritatem ridet Bulerius. Egregium vero autorem! inquit? Quin potius Hieronymus auditur, qui in viris illustribus, vxorem negat habuisse?

XIII. Esto vero, inquam, Platinæ, atque etiam cum eo Volaterrani autoritas, quamcum esse æquum fuerit: quanquam ante hæc tempora, cum cornicu oculos confingere visum est, non fuit nullo numero. Tantum moneo, oppositum ei Hieronymum non esse extra exceptionem. Legimus apud eum de Luca, *Vixit octoginta & quatuor annos uxorem non habens: quod & Centuriatores descripsere: Et inde credo Onufrio audacia mutandi Platinam.* Sed suspectum in Hieronymo locum faciunt, tum Erasmus, tum Marianus Victorius. Ille, *Hac verba videntur adiecta, quandoquidem non adduntur apud Sophronium: nec in exemplaribus, emendationibus. Iste, Hac verba, neq; in antiquis manuscriptis exemplaribus neque apud Sophronium inuenimus: reliquimus tamen, ut erant antea. Quæ potest dubio loco vis esse? Interea id saltem constat duobus Papistis, duobus Cœlibatus admiratoribus visum, non absurdum Lucam fuisse coniugem.*

XIV. De Paulo grauior quæstio est , & in utramque partem prolixius disputabilis,tum rationibus probabiliibus:tum autoritatibus veterum.Ne- que nos vero id,quicquid est,in medium protulimus,vt cettum:sed dun- xat,vt verisimile,neque olim visum absurdum magnis viris,quibus ipsis ca- sitas,vel potius continentia à mulieribus cordierat. Nam alioquin in eam nos partem inclinamus potius,vt censeamus Paulum non fuisse coniugem: quod & nostri eliciunt ex Epistola ad Corinthios. Quod ne videar nunc re- cens fingere:en tibi testes. Caluinum in 4.ad Philipenses,negantem $\omega\theta\sigma\tau\alpha$ οὐχ οὐ εsse coniugem,Cum priorem ad Corinthios scriberet Paulus,tunc se fa-isse cælibem commemorat: Inconiugatis,inquit,¶ viduus dico,bonum est,si per- maneant,sicut ego sum. Scriptis eam Epistolam Ephesi,cum discessum pararet. Non multo post Hierosolymam profectus est, ubi coniuctus fuit in vincula & Ro- manum perduxit. Quam alienum ducenda uxori fuerit tempus,quod partim in itinere partim in vinculis consumpsit, nemo non videt: Martyrem in 1. ad Corinthios 7.Tanta charitate affiebat erga illos,ut cum cælibatum videat habere multa commoda,ut expeditius Deo seruatur,illum omnibus optet. Are- atium in eundem locū,Vellem quidem vos esse mihi similes,hoc est, pares omnes ad cælibatum. Et post, Secunda est commendatio cælibatus,qua ad suum exem- plum,omnes cælibes esse.Piscatorem in 4. ad Philipenses. Infirmo arguento utuntur,qui hinc colligunt Paulum habuisse uxorem:quia nimis nomen οὐχ οὐ & sonat coniugem. At nomen illud in genere socium significat: Et Paulum non habuisse uxorem cum scriberet Epistolam priorem ad Corinthios, liquet ex illius capite septimo. Quod autem postea nupserit, nupspiam legitur,ne cum iis,qua le- guntur de ipius vita,conuenit. Similiter Beza. Quod nonnulli colligunt ex hoc loco Paulum hoc tempore uxorem habuisse,ad quam hoc spectet,nimis est infir- mum,cum prioris ad Corinthios septimo,iis se manifesto adiungat,qui uxores non haberent:nec (ut recte obseruauerit doctissimus interpres) villa vel leuissima sit coniectura,Paulum ab eo tempore de uxore ducenda cogitasse,quam Philippis re- ligererit. Post, Syrus antem terpes viens masculinis ubique vocibus, nullum dubitationi locum reliquit.

XV. De Paulo igitur magis annotauimus , quæ fuerit quorumdam Veterum sententia, quam nostram ipsi expressimus. Cæterum sufficit reliquorum Apostolorum , Apostolicorumque exemplum, qui si fuere coniugati, vel omnes, vel aliqui, rem hanc totam conficiunt. Fuisse autem non illa ratum probant, quæ enumerauimus : sed etiam Paulus locupletissimus testis, i. ad Corinth. 9. Annon habemus potestatem sororem vxorem circunducendi, ut & reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Vnde duo colligimus: & reliquis, saltem quibuldam, Apostolis fuisse vxores , quas circumducerent: & ipsi Paulo, ac proinde omnibus, eandem potestatem fuisse: quod falsum , si lex vlla fuisset in contrarium : nam hodie apud Papistas nemo presbyter eam sibi ausit arrogare. Itaque si Paulus , si qui alij Apostoli, adde Apostoli viri , Timotheus, Titus , alij , cœlibes fuere: fuere profecto, prorsus e modo , quo nos omnibus , etiam dicatis Ecclesia ministerio , cœlibatum permittimus.

XVI. Singularibus ergo his missis, considereraus potius quid de re tota Papistæ argutentur. Apostolos afferunt, vel assumptos virgines, vel post vocationem contientes: quod habent ab Hieronymo. Nos vero hoc pri-
mum negamus satisfacere questioni: quæ non est simpliciter de continen-
tia: sed continentia necessitate. Potuerunt autem Apostoli fuisse, vel virgines, vel abstinentes ab vxoribus, ex solo propriae voluntatis motu: quomo-
do non dubitem multos laicos fuisse: Quod si est, tum illi nihil premo-
uent, si non probent: necessario fuisse continentes. Quod tamen non fa-
ciunt.

XVII. Quid enim? Disputant primo potentiam illam, quam eis Paulus adstruit, non intelligendam de vxoribus: tum reliquise omnia, etiam uxores. Et facita esse inquam. Tamen virgo adhuc, non euinci quod est in quaestione: nam etsi nos non satis apte probemus ex illis Pauli verbis potentiam ducendi vxorem: tamen non propterea illi demonstrant, non licuisse: aliud est enim aduerlatrix assertionis argumenta soluere, aliud suam thesin comprobare.

res:tamen non sequitur reliquiss ex imperio Christi: aut ex necessitate ministerii. Vin' stendam & quidem argumento nou longe petito? Reliquerunt omnia: ergo etiam possessorum honorum. Atqui ne ipsi quidem pastores concludunt, necessario renunciasse bonis temporalibus. Hoc enim relinquunt Monachis, libi ipsis paupertatem indicentibus. Sed quicunque sunt Ecclesiae p[ri]m[is] lati, a summis ad infimos, iis liberas permittunt diuitias. Si ergo non efficitur ex eo, quod reliquerint Apostoli omnia, reliquiss necessario, siue non potuisse habere: cur hoc tu potius de vxore concludes, & quidem ex iisdem verbis? Virgo, reliquerunt omnia Apostoli, & in his omnibus etiam uxores. Esto: quanquam hoc paulo post viderimus. Ergo in qua, non alio iure, ex iis falso verbis, uxores quam omnia. At iij omnia non reliquerunt necessario: ergo ne uxores quidem. Non reliquisse necessario, probocuia, si Apostoli reliquerunt omnia necessario, id est, ita postulante ministerio Ecclesiastico: Ergo quicunque vocantur ad ministerium Ecclesiasticum, debent necessario omnia relinquere: quod falsum. Quare nihil aduersarii probant.

XIX. Verumtamen inquiramus altius in eorum disputationem. Negant ergo in iis verbis, *Annon habemus potentiam ad eum fluere? non circumducendi, non regnare? non intelligendam vxorem, sed tantum mulierem, quae non esset vxor: sed pia fœmina, quae lectaretur, ut ministraret necessaria: instar earum, quae Christum sequabantur, Luca 8.* Argumenta Ferrarius collegit: & Salmero, Iustinianusq; in eum locum Pauli. Primum à Patribus, Chrysostomo Theodoro, Hieronymo, Tertulliano, Augustino, Isidoro Pelusiota. Secundum, *Dixit paulus fratres Domini circumduxisse huiusmodi mulierem: at Iohannes non vxorem, quia fuit coelebs.* Tertium, *Cur non addit articulū tibi regnare, ut significaret vxorem, & non mulierem in communī?* Neque quisquam dicere valet Paulum ita imperitum fuisse sermone, ut significare sine ambiguitate, quod volebat, non potuerit. Quare indefinite, & sine articulo loquitus est, ut non de certa aliqua vxore, sed de quauis muliere intelligatur. Quartum, ab epibeto Sororis. Nam sicut Act. i. *Viris fratres*, nomine virorum non intelliguntur mariti: sic ne hic quidem mulieris nomine vxor.

XX. Sed nobis contra persuasum, Vxores a Paulo intelligi. Primo, quia non ferebat honestas eiusmodi mulieres citunducere: qui enim potuissent vitare foedas suspicione? maxime in tanto, tum Iudæoru, tum Ethniconum odio: tum etiam inuidorum peruersitate? Quo argumento effectum, ut toutes postea constitutu sit, arcendas mulieres nō coniuges à commercio Presbyterorum. Concilium Nicenum solas permittit, matrem, sororem, auiam, amitam, materteram: causamq; addit, a uox eorum tamen iuris vias agnitio: que sola persona omnem excedunt suspicitionem. Trullensis Canon. 5. Mores tūc vixi et pīcēt, ελεγόμενοι, μη γεπτ ἔτι τῇ προσήμε φερομένοις αὐτοῖς, εἰτὸς Διγ'αρι, γυναικα κεκληθεῖσσα ή δεξαμενοῖς, τὸ ανεπιδινωτεύοντο τοῦ θεοῦ, Nemo eorum, qui accenfentur ordinis sacro, si seorsim viua per personam quis in Canone (illo videlicet Niceno) feruntur non suspecta, habeat mulierem, aut ancillas, seque ipsum huius re suspicione non obnoxium faciat. Nec alia puto causa Canon. 48. iussit Episcopi vxorem αρρεναγάγειν monasterium ingredi παρέβα τῆς τὴς ἐποκίτιας Καραγῆς φραδομηνιδρον.

XXI. Respondeat Ferrarius: primo, opponi exēplū Christi Secundo Apostolos fuisse lucem mundi: itaq; non timuisse prophorum vana obiecta.

XXIII. Secundo, verbum ~~ad eis~~ ^{ad ipsos}, quo Paulus virut, autoritatem adgnificat. Non enim is dicitur circumducere, qui secum habet aliquem: quis enim non rideat, dicentem à satellite suo circumducere regem, et si verum hære regi satellitem? Sed contra, Rex quo cunque ierit circumducere satellites dicitur: & Imperator exercitum. Neque Christus mulieres illas dicitur vñquam circumduxisse.

XXIV. Ferrarius respondet ~~Secundus~~, in Euangelio esse circuire, iter facere: nec significare dominationem, sed voluntariam vocationem. Matt. 23. Volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos suos, Iustiniianus autoritatem dicit, non viri in vxorem, non heri in ancillam, sed doctoris in discipulam.

XXV. Atqui primo, quid huc faciat locus ille Matthæi, non video: in quo est ~~adversari~~, non magis quam inter monachos casta matrona. De autoritate: nos vero non dicimus significari præcise autoritatem viri in uxorem sed autoritatem eius, qui ducat, in eum qui ducatur. Itaque ab Apostolo designari ius suum, quo uti posset, si veller: nimisrum, ut se sequi ex imperio suo deberet mulier: at eiusmodi ius nullum in eas mulieres, quæ ei sumptus præberent: has enim solo suo voluntatis motu id facere oportebat. Adeoque Christus quidem dicitur eas, quæ sibi ministri erant, circunduxisse: sed illa fuisse cum eo, si dixeris orum curam, & yuu an̄nis tuis. In quo ne discipulas ius erat circumagendi.

XXVI. Valques Bellarmini solatione improbata, sperauit se facilius responsurum, per potestatem intellectissime facultatem & licentiam, nimis non minus sibi licere, quam aliis Apostolis, quamuis vt nollet. Nam & dixisse, nunquid non habeo potestatem manducandi & bibendi: vbi quis intelligat auctoritatem manducandi?

XXVII. Sed Vasques subtilitatem importune affectans, hoc sane loco
loco stoliditatem prodidit. Argumentum enim est, non à potestate, siue
quod dicat ἡχοῦ ἵξεσαι, Quis n. tam βατούς sed à verbo φέγγειν. De-
buit ergo attendere, ut dictum ἡχοῦ ἵξεσαι φαγεῖν πάτει; sic dictum ἡχοῦ
ἵξεσαι αὐλαῖ φίνει γωνία φέγγειν. Et quemadmodum illuc τὸ ἔχειν ἵξεσαι
aliud est, quam φαγεῖν: ita hic aliud quam γωνία φέγγειν. Concedimus
ergo ἵξεσαι non esse autoritatem ullam in mulierem: sed haud ita τὸ φέγγειν
circumducere.

XXIX. Terro circumstantia textus contradicit. Nam his mulieribus
Tom. III.

quæ sumum Apostolis faciebant, Ecclesiæ subleuantur: itaque loquetur Paulus aliena, si hanc se viuendi rationem secutum esse diceret, offensus se de suo iure deceffuisse, quo Ecclesiis parceret.

XXIX. Iustiniānus responderet, Paulum non tantum de Ecclesiis, sed potissimum de priuatis subleuandis cogitasse, neque n. dubitandum illis ipsi fēminis, quacunq; tandem ratione vi cūtum Apostolis suppeditarent, molestum id, ac laboriosum fuisse, siue eadem semper comitarentur, siue alii aliis succederent: potuisse etiam earum propinquos & consanguineos aegre molestos ferre Ferrarius, neminem afferere has fēminas, adeo opulentas, ut nihil eis accipiendum esset a populis, ad Apostolos sustentandos. Secutus esse, t ministrarent, & subuenirent: nec tamen Ecclesiis nihil contulisse in id opus. Itaque Paulum testari sibi potius fuisse propriis manibus laborare, quam oneri esse, aut iis fēminis, aut Ecclesiis.

XXX. Verum hæc, neq; cum Paulo satis consentiunt, neque is quadrant à quibus primis has foeminas Papistæ habent Occumenius, *ai το πορευ ναικες πις διαση η κα λεγεις τι δεσπολων εις τις αι αγγειας αι τα χριστιαν εγγειου*, Opulentæ & feminæ cum credidissent affectabantur quosdā Apostolos, horum necessitatē liberaltatē sua sublieantes. Ambrosius, *Mulieres desiderio doctrinæ & Dominicæ, & cupido viriuntum sequebantur Apostolos ministrantes eis, & sumitus, & seruitia, sicut & Saluotrem sunt se uta, ministrantes ei de facultatis suis.* Nec aliter Anselmus, Lyranus, Ithomas. Imo Hieronymus i. contra Iouinianum. *De sua substantia ministrabant. Et Pelusiota Epist. 136. lib. 3. σημειωσις χρηγειας τη φωτι της τη ακτημονις κηρυκεις, ex suis facultatibus subministrantes, & pauperatis precones alentes:* Quorsum opulentas, quorsum de tuo χρηγειας, si quodiam tandem fingunt, & finxit Caietanus, ut iis facile à diuitiis darentur pecuniae pro sumptibus necessariis Apostolis? Nam nec de suo ministrarent, & aque paupere, atque adeo mendice. Tū vero, quanto, quæsumus, tolerabilior inde futura erat eorum conditio ad quos Apostoli ventitabant? Imo, cur non onerosior? Fuisset enim, tum Apostolis prouidentum, tum iis foeminas. Egregiam parcendi rationem: si prono obiciantur duo nutriti. Vide ridiculos lusus. Abutuntur Latino verbo ministrandi, ut fingant nudum ministerium exhibitu Apostolis, quasi ancillarum. Atqui Grace est nō *Αγαραν*, sive *Ιωνητην*, sed *χρηγειαν*, cuius longe alia significatio, quam Ambrosius expressit, ministrantes defacultatis suis. Hieronymus, quæ de sua substantia ministrabant.

XXXI. Intelligo de t'bleuandis, non Ecclesiis tantum, sed etiam priuatis Apostolum cogitasse. Sed quibus inquam ?is, puto ad quos ventribat Corinthiis videlicet: nam alioquin, quo sum circu'duci mulieres? Vel, si hoc nolint, quo sum mulieres sequi, siue comitari? Non enim, si in singulis Ecclesiis tales inuenirent, nisi mendacio, aut illi dicerentur circumducere, aut ha' sequi. At qui rursus, quomodo t'bleuati Corinthij, siue publice, siue priuatum? Ego sane non intelligo.

XXXII. Superest ego ras mulieres ab aliis Apostolis circumductas, quoniam erant Ecclesiis, sicut etiam propter impensas: quibuscum veller Apostolus non grauare Ecclesias, tum ipse propriis manibus operabatur, tum etiam eas mulieres non circumducebat. Hæ autem cum non potuerint esse, quales describuntur ad aduersariis, necesse est intelligi coniuges legitimas: quod nos volumus: & olim ita intellexisse certum est, tum Clementem Alexandrinum, & Eusebium, tum Tertullianum. Nam Clemens, Stromat. 3, ἡ ὁραὶ Πατέρων τὸν δικαῖον τὸν ἐπιστολὴν τῶν αὐτῶν πεποιηγένεται στύξυρτι, λόγῳ ἀπελέθρῳ, ἀλλὰ τῷ τῆς παντοτίτης διάζεται τούτῳ τῷ πεποιηγένεται στύξυρτι, τούτῳ τῇ εὐστολᾳ ἀδελφού του γιαννάκη τούτῳ τῷ πεποιηγένεται στύξυρτι, τούτῳ τῇ εὐστολᾳ, Paulus non veretur in quadam epistola, suam appellare coniugem: quam non circumferbat, propter ministerij tentitatem: si. ut igitur in quadam epistola Nonne habemus potestatem: & que sequuntur.

XXXIII. Tertullianus exhortatione ad Castitatem cap 8. *Licebat & Apostolis nubere, & uxores circunducere : licebat & de Euangelio vivere.* Iustini-
manus post Pamelium his verbis esse non patitur sententiam ipsius Tertulliani : sed eorum , qui secundas nuptias inde videbantur comprobare at Fronto mauult mutasse sententiam in libro de Monogamia. Atqui si vera dicit Fronto , mentitur Pamelius , Iustinianusque , & contra: neque non mutat sententiam , qui non suam recitat Et videtur quidem Fronto verior. Nam Pamelius in texu fundamentum nullum habet. Disputat n. Tertullianus , non expedire secundo nubere , etiam si licet & probat non paucaliciere , quae non expediant , hoc exemplo à permisso nuptiis , quibus tam ab abstinerunt Apostoli : *Licebat , inquit , & Apostolis nubere , & uxores circunducere: licebat & de Euangelio vivere.* Sed qui his usus non est , in occasione ad exemplum nos suum provocat. Ergo , inquam , non ab aduersariis obiectio est: sed ab ipso Tertulliano , thefeso sua illustratio. Mutarit ergo sane sententiam. Sed hoc si est , ergo in deterius : scilicet enim à Catholicis descivit ad Montanistas. Et quidem in libro de Monogamia ex professo hæreticus , & contra Ecclesiam , quod fatetur Pamelius. Itaque si alterutra sit amplectenda , cerre illa prior præstat , geminam ob causam: tū , quia communis illi clemente , & Eusebio , non hæreticis: tum , quia esti vterque , tum de Castitate , tum de Monogamia liber , Montanum oleat: tamen hic imputior est: etenim capitulum de Castitate argumenta Pamelius tolerari posse omnia diserte notat nisi quod inter disputandum prouchatur in damnationem seculardarum nuptiarum : at totum Monogamiae argumentum non potuit non improbare.

XXXIV. Iam transeo ad examen oppositorum argumentorum. Patres illi primo loco obiciunt, quos & nos vidimus: sed primo, posteriores, non tantum Tertulliano, sed etiam Clemente & Eusebio: qui propinquiores Apostolis videntur testes locupletiores. Præterea, non satis faciunt hi patres nostris ex ipso contextu petitis argumentis: itaque cum bona eorum patrum venia, sustineant nos Papistæ dissentientes. Maxime cum illi sua opinionis, aut nullam, aut paucilim rationem reddant. Hieronymus lib. 1. ad uerius Iouinianum, *Vbi de comedendo, & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus inferitur, perspicuum est, non vox res debere intelligi, sed eas ut diximus, qua de sua substantia ministrabant. Peluviota, Quis eos virginitatem suadentes tulisset, squidem ipsimet in voluptatum cœno sele voluntantes deprehensi fuissent?*

XXXV. Itane, inquam, vos auditores tanquam pilas habetis, ut non a littera quam ludicre tractetis? Nam haec quidem si seria sunt, non video quid sit ludicum. Quia de comedendo, & bibendo præmittitur, & d

mulieribus infertur, ergo mulieres intelligendas, quæ de suo largirentur. At hoc, quæ lex iussit, que Dialectica docuit? Et cur non potius variarum rerum indifferentiacoaceruatas species concipimus? licere, & bibere & comedere, & laborare, & vxores ducere? An quia præmisit Christus Matthæi 19. *Quisquis reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos: ac tunc intulit, & agros, neccesse est agros nullos intelligere, nisi qui nobis fratres, sorores, patres, matres exhibeant?* Et quanta possum similia colligere? Imo, quia non indicauit Paulus, mulieres se intelligere, quæ de suo ministrarent, ne nos quidem aliter debemus accipere, quam vt solent similia exempla multa congei.

XXXVI. Pelusiora autem vbi habebat animum, cum sua illa voluntariu voluntabra somniare? Aut nonne hoc est, quod querimur, quanquam apud surdos, non posse sibi hos Agamistas temperare, quominus ipsum coniugij, quantumvis legitti, & sancti, honorem violent? Et r̄ ipsorum r̄ amorum, & que trahent, cum prostibulorum luponari? Alioquin, quid obstat, quominus qui sancte coniugio vtitur, hortetur alios ad virginitatem? Cur ergo Hieronymus, cur Augustinus, neuter virgo, & quidem non matrimonij cauila, potuit hoc fungi officio? Respondeant Papistæ, qui scortantem Sacerdotem, imo Episcopum tolerant, potius quam coniugatum, cui ferri non possit in Petri coniugati ore exhortatio ad castitatem, & possit ferri in prostibulorum subagitate?

XXXVII. Verum Ioannes, aiunt, (hoc enim secundum illis erat argumentum) non circunduxit, *υνωνικην coniugem*. Ergo non poterant fratres Domini circunducere coniuges. Nullin ei Atqui, inquam, Paulus ne has quidem subministratrices circunducebat. Ergone non poterant illi Apostoli? Placuisse, Ferrari, acumen hoc meum? Sin minus: cur nobis tuum tu spes potius? Imo, inquam, poterant aliqui fratres Domini coniuges circunducere. Nam, ut monimus, Iacobus habuit vxorem. Ethic sufficit, etiam vñus Quanquam alias nullos habuisse, quis docuit?

XXXVIII. Sed nullus, inquit, præter articulus. Qua autem lege debuit? Nisi forte *γυναικαν* vacante articulo vxorem nusquam esse iusterint? *οὐ οὐδὲ τὸν εἰδώλον θεούς*? Sed Paulum non erit necesse his nouis legibus subiici: ante hos legislatores natum, denatum multis seculis: adeoque solum multis aliis locis vxorem sic dicere. Prioris ad Corinthios 5. *οὐ γυναικαν παῖς τὸν εἰδώλον θεούς*, ita ut vxorem pairis aliquis habeat. Septimo, *γυναικαν δέοντός είναι χρεόν*, *υχορεῖν* à viro nō discedere, *εγγέρθειν* *υχορεῖν* à φίλον, *εγγέρθειν* *υχορεῖν* ne dimittat. *Δεδικτεί γυναικαν*, *απολαγεῖν* *υχορεῖν*. Etiam I. ad Timoth. 3. *γυναικαν ὀφελεῖν* *τὸν πειράτην*: nam hic eti mulieres verterit vulgatus Interpres, tamen intelligent omnes devxoribus dictum Presbyterorum, ut ante obseruauimus. Imo illud. Bonum est homini *γυναικαν μη ἀποτελεῖν*, Iustinianus vult intelligendum de vxore. *Quid autem ait mulierem*, Hieronymus alicubi transfluit vxorem: non solum enim ambiguitas Graecæ vocis *γυναικαν* id patitur, sed & hoc loco, ut arbitror postulat: agit enim *Apostolus de maritis, quibus ait utile esse uxores non tangere*. Et sane alter, quis lenitus? Aut quis in Ecclesia ignorabat bonum esse mulierem non tangere non vxorem? Nisi forte nondum erat auditum fornicationem prohiberi.

XXXIX. Nec solum Paulo phrasis propria. Septuaginta concurrunt. Iudicum 21. *κριταὶ γυναικας*, Et ceperunt uxores iuxta numerum suum. Ruth. 1. *καὶ ἔλασσον γυναικας Moabitas*, Et acceperunt sibi uxores Moabitidas. Esdræ 10. *οἱ ιudeοὶ γυναικας ἀπορεῖται*, qui duxit uxores alienas.

XL. Imo neque solis sacris autoribus familiare: ne barbarissimum forte clames, alias non infrequentem: sed doctissimis Græcorum vistatisissimum, qua poeis, qua oratoribus, Euripi Electra, Thespiai *γυναικες τῆς Κλυταιμηνας δολοῦ*, Moritur uxoris Clitemnestra dolo. Oedipo tyranno, *εἴτε λιτηραὶ γυναικες ομοσπονδη*, Habis thorum & uxorem communem liberorum parentem. Aristoteli Economic. 1. cap. 3. *τοῦτον τὸν ἀράτον τὴν γυναικαν ασφαλεῖαν*, Humanorum negotiorum prima uxoris cura. Politic. I. *οὐκέτι περὶ τοῦτο γυναικαν περιέστη τοῦτον τὸν αράτον*, In primis tibi quare domum, sociamque bohemque. Plutarchio Timoleonte, *Αἰτῶντος φύσιτερον γυναικαν Διονυσίου τοῦτον τὸν μάρτυρα γυναικαν*, cum postulareret sibi eo senior Dionysius unam ex filiabus in uxorem. Dione. *εἴτε φίλοτε τὸν ἀπειλητὸν συνετείνειν, ἀδελφοῖς, εἴτε τοις, εἴτε συνετείνειν*. In corpora carissima, fororis, filij, uxoris, ministris. Phocione, *εἴτε Φωνίων οὐρανοῖς γυναικαν τείνειν* *εἴτε μῆτρας θεοποιοῦ*, Phocionis uxorem nonne vides semper procedentem cum unicâ ancillâ? *Ἄeschyni contra Timochrum, τοῦτο τὸν αἰετόντα τὸν δεῖπνον τὸν ἀράτον γυναικαν*. Tantum exercuit intertemperiam in liberorum virorum uxores. Apud Stobæum, *εἴτε Γιωνίων*. Munion, *οὐλαταὶ τείνειν μετανοτείνειν τοιναὶ τὸ γυναικαν*, Postest atere, non ipsos tantum sed & liberos, atq; uxores. Diodoro Siculo libr. 12. *εἴτε τοις οὐρανοῖς εἰσιν τὰς ταλαττηρὰς θεούς γυναικαν*, Prestare bis se mari, quam uxori committere. Nec multis interpositis, *τοῦτο διεργοτείνειν τὴν ἀνακλατισθήσαν γυναικαν τείνειν*. Quidam proiectus etate cum haberet uxorem iuniorum.

XLI. Haccine lati futura sunt nostrorum Solonum temeritati? At nostra certe modestia, & sciamus vacantem articulo *γυναικαν*, non semper mulierem simpliciter, sed crebro etiam vxorem legitimam designare. Et quidem maxime *ἀριστοῖς*. Nam eti interdum certam aliquam, tamen frequenter incertam. Quæcumque cuncta apud Paulum hoc nostro loco manifesta: non enim de illa sermo erat, quam haberet iam constitutam, quomodo procluius *τὸν γυναικαν*: sed quam posset sibi habere: ac prouinde adhuc incertam: quo facilius *γυναικαν* potuit.

XLII. Superest Soror, triumphi materia. Vide quantum vir viro distet. Nam nos quidem censemus hinc potius constare *γυναικαν* esse vxorem. Non potest enim, non pro sexu sumi, aut coniuge. Si pro sexu, cuiusmodi hæc, quæ so: *φλαγεῖται* est, ut *ἀδελφοῖς* moneat esse *γυναικαν*. Quasi aliquando aliquis frater auditus sit mulier. Nisi forte in Conuentibus, vbi audio interdum mentitis vestibus fratres dici, quos aliter oportuit: quæ monstra nondum præuiderat Paulus, quidē ne cœlibatus qui carnificinā induxerat. At sciebat tamen, non omnem sororem esse vxorem, itaque confidenter dixit *αδελφοῖς γυναικαν*. Qui si sexum notatum voluisset, debuissest *γυναικαν αδελφοῖς*, inuerso ordine.

XLIII. Sed aiunt, Viri fratres, non significat coniuges: sed Christianos. Recte, inquam: sed hoc hominum genns unde est, aut cuius iudicij? Nam dissimiles phrasæ sunt *ἀδελφοῖς*, & *ἀδελφοῖς γυναικαν*, præpostero ordine. Si similes velis, dato utrinque, vel *ἀδελφοῖς αδελφοῖς*, *γυναικαν αδελφοῖς*,

SACERDOTVM.

vel *ἀδελφοῖς ἀδελφοῖς, αδελφοῖς γυναικαν*. Aut si non potes, desine φlux-

ēs. XLIV. Vix' sufficiam exempla. Apud Plutarchum in Comparatione Arifidis & Catonis habes *κανθάριν παιδί*; & *γυναικαν ευφόρη παιδίσκην πολεμοῦσαν*. *Filio atate protecta*, & mulieri matri & filio, superinducere nuptias virginis. Sic in Sylla, *εἴτε γυναικαν γαυταῖς ἀρρεψέσθαι πάτερνον*, apud mulieres, conuges viri trucidabantur. Vbi non dubium est sexum significari. Ast apud Dionysium Halicarnassum libr. 4. *απειλούσι μὲν ὅτε τὸν γυναικαν πλεύσαντες*.

Interpres Gelenius, *Mefisto iudicio liberavit, cum filiam meam ambivit coniugem*. Filiam coniugem, recte: dic filiam mulierem, eti potes auditorum comprise sibilo. Apud Plutarchum Pompeio, *τὸν γυναικαν τὸν Σαβίνων γιαν αἰγαλόν* εἰς τὸν πόλιν τὸν γενερόπολον τὸν πεπονισμένον δρεπόντα τὸν πάνειρον αἰγαλόν γυναικαν. Filiis Sabinorumque Romanum venerant ad ludos spectandos, qui Romani virtute præbant, rapuerunt sibi coniuges. Denique norunt omnes ineptam esse βαροστίαν cum consequens inest in antecedente necessario. *οὐορ* nulla est, nisi feminæ: & omnis frater vir est. Itaque absurde soror mulier, frater vir. At non contra omnis soror, eadem *οὐορ*: non omnis vir idem frater. Itaque recte, & decenter, *οὐορ* vxor, & *γυναικαν* vxorem.

XLV. Nam quod Clementem sibi autorem faciunt, n̄ illi suam tradunt *απογείαν*. Dixit ille, *εἴτε γαμετοῖς, εἴτε αδελφοῖς καὶ σύζυγοις, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant*: sed non negant fuisse vxores: imo di se ferunt eo ipso loco. Nam hæc verba statim subiiciuntur iis, quæ paulo ante sunt à nobis recitata. Sed nimur Clementi aliud est *γαμετοῖς σύζυγοις*, aliud *εἴτε γυναικαν τὸν γενερόπολον*, quia videlicet potest vir ab vxore abstineere: ac tum non habere *εἴτε γυναικαν*. Et putauit ita factum ab Apostolis: quod statim video: nunc enim sufficit, *γυναικαν* vxorem esse.

XLVI. Hactenus ergo probauimus fuisse Apostolis quibusdam suas coniuges: omnibus esse potuisse: quæ pars prior erat disputanda. Nunc altera, virum, qui habebant, fuerint post vocationem continentis: nam hoc erat secundo loco propositum. Preiuit Papistis viam Hieronymus, quem & citat Possevius: Petrus, & coapostoli, vxores, eo quo Euangelium tempore secesserant, acceptas habuerunt: post in Apostolatum accepti, officium coniugale relinqui. Et vno ille quidem argumento vtitur. Nam Petro, ex eorum personæ dicenti, *Ecce reliquissimum omnia, Matthei decimo nono, respondit Dominus, neminem, qui inter alia vxorem dimisisset, non multo plura recepturum*. Possevius addit, si filios genuissent, aliqua extaret memoria, quibusnam filij, filiae traditæ nupti fuissent: quive fuerint nepotes, & posteri: quandoquidem discipulorum, quos habuere, memoriam, longe tempora non deleuerint.

XLVII. Sed, ut hoc posterius expediam, quod & leuius, quid si, qui vxores habuerunt, ex iis liberos non suscepserunt? Neque enim mirum. Quid si suscepserunt, & non conservata est memoria. Nam Iacobi *γυναικες* audiuitus: vix seculo integro post Christum cognitos. Sed discipuli non sunt obliterati. Ita est, inquam. Non enim ut Republica, ita Ecclesiæ interest conservati familiarium historiam, sed doctrinæ propagationem. Neque vero ipsi superstitionisssimi Papistæ legendas conscriplerunt propter parentes, aut aios: sed propter proprias quibusque sanctis virtutes. Quomodo ergo non sequitur Ciceronem nunquam vñum coniugio, quia nulli fuerit ei nepotes, quod quidem constet: ita inepte concludat, quinnullus Apostolos, Apostolicosque viros dicat coniugio *vños*, quod non peruenit ad nos eorum progenies. Tum autem non quadrat Paulus. Nam si circumacte ha vxores, non tanquam vxores: ergo ductas oportuit ante Apostolatum. Si enim Apostolatu indignum sis, quis duces credat? Atqui Paulus, qui sibi potestatem circumduendi afferit, eo ipso sibi permisum docet, ducere. Alioquin, quia non ducitur vxor, ut ab ea abstineatur, quantum scandalum fuisit, Apostolum vxorem ducere, si persuasum fuisse, indignum Apostolum vñum legitimæ vxoris.

XLVIII. Illud, de relictis omnibus, videtur grauius: sed te vera est ineptum. Reliquerunt omnia. Ergo non sunt vñi vxoribus. Negatur, inquam consequentia. Quomodo si dixeris, reliquerunt omnia: ergo non sunt vñi suis vestibus: non vñi suis dominibus: nihil denique sui habuere. Nam hæc consequentia sunt falsissima, testibus Scripturis. De vestibus credo, dubitet nemo: & tamen Iohannis 21. *Simon Petrus, cum audisset Dominum esse, amiculum succinxit, erat enim nudus*. Habuit ergo *τοιδίν* aliquot annis, postquam reliquerat omnia. Iohannis 19. *Ex illa hora recepit eam discipulus εἰς τὴν ιδίαν in sua*. Quare Iohannes aliquot post annis, quam reliquerat omnia, habuit ramen *ιδία*. Quid: quod Paulus, & habuit, & voluit, ad se referri penulam, libros, membranas? Posterioris ad Timotheum 4. Ergo relinquerè omnia, & habere propria, atque adeo vñi propriis, non erant opposita, ut cunque somniarint succedentibus temporibus Monachorum mendicabula. Denique, & vno verbo relinquere vxorem, hoc loco non significat, discedere ab ea, nec amplius vñi coniugio: sed, quod Maldonarus vidit, *Non vñt Christus matrimonium dissoluti: sed vñt se uxori preferri*, & si *uxor virum impedit, quominus Christum sequatur, uxorem relinquere*.

XLIX. De Nicolao, quod peculiariter respondet Bulengerus, teste Epiphanio, abstinuisse ad tempus commercio vxoris, nihil probat: quia Epiphanius diserte factum dicit imitatione, non lege, *εἴτε μετανοεῖται εἴτε επιμετανοεῖται*: ad imitationem eorum, quos videbat. Deo adherere, aliquantum abstinuit. Itaque à nobis est exemplum coniugati: nec nocet abstinentis.

CAP. XIII.

De Episcopis, Presbyteris, Diaconis, variorum seculo-
rum coniugatu.

I. **H**æc Ecclesiæ nascenti præbita, sunt exempla: & quidem illustrissima, potentissimaque propter Apostolorum autoritatem. Itaque ut reliquis seculis nulla essent, his tamen satis superque virum, ad restituendam in integrum libertatem Christianam, cuius nos à partibus stamus. Sed

Sed non ita suam dederuit Ecclesiam Deus, ut statim praeualuerit superstitionis, quantumvis magna et impensa vehementia. Itaque subsequita Apostolus tempora sufficient cerebrum matrimonii ylum: quem nos oportet nunc illustrare.

II. Et prima quidem sunt nullis personis definita testimonia, proimi-
scui usus. Gregorius Nazianenus suo tempore non fuisse presbyteros
etiam omnes, innuit oratione quadragesima, cum quorundam delicia
improbat, qui in petendo baptismo delectum presbyterorum haberi vole-
bant. *Mετένθετος οὐ βαπτίσατο με, καὶ οὐ μετρέκει λίτην.* Et Iosephou-
pius. Ne dico, *Baptizet ne Episcopus, atque is Metropolitanus,* *οὐτε τετύπο-
θη, αὐτὸς εἰς τὴν ἀράων*, vel si presbyter, saltem qui caelos sit. Imperator
Codicis lib. i. tit. 3. c. 2. *Omnibus clericis et huiusmodi prærogativa succurrit, ut
et contingat clericorum, ac liberi, eorumque etiam filii et filie, immunes semper ab huiusmodi mu-
neribus perseuerent.* Epiphanius audiuimus in Catharis distinguenter
secundas nuptias a primis: & illas interdici pronuntiantem ordinis: *καὶ
τὰς δεύτερας οὐδὲν παρατίθεται τοιχίου αἵρετας:* Et hoc,
inquit, seueru sancta Dei Ecclesia & exacta cura obseruat: Has autem non
nisi ubi seueriores essent canones, *καλύπτει ὅτι ἀπεστόλητοι εἰπεῖν
αἴσιοι.* Itaque agnoscemus etiam *την τοτε εἰς τενοντεντην περιστονί-
πες εἰς Αγρίους εἰς τονδράγιον,* Liberis operam dare quibusdam locis, tum
presbyteros, tum diaconos, tum hypodiaconos. Sed Hieronymum longe am-
plius: contra Jouniannum lib. i. *Quasi non hodie quoque plurimi sacerdo-
tes habeant matrimonia: & Apostolus Episcopum describat, unius uxoris vi-
rū habentem filios cum omni castitate.* Et Epist. 8. quæ ad Oceanum,
Carterius Hispanie Episcopus, homo & aetate vetus, & sacerdotio, unam an-
tequam baptezaretur, alteram post lauacrum, priore mortua, duxit uxorem:
& arburariis cum contra Apostoli fecisse sententiam, qui in catalogo virtutum,
Episcopum unius uxoris virum precepit ordinandum. Miror autem te
vnum protractasse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus
sit: non dico presbyteris, non de inferiori gradu: ad Episcopos venio: quos si sigil-
latim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, ut Arminiensis Syno-
di multitudine supereretur. Idem ex Epistola ad Ephesios, ad Gratianum Di-
stinct. 37. Episcopos nominat, & Presbyteros, qui filios suos secularibus
erudiant literis, & faciunt illos comedias legere, & minorum turpia scripta can-
tare, de Ecclesiastice sumptibus forsitan eruditos.

III. Socrates libri quinti, capite vigesimo secundo, atque ex eo Casi-
fidorus lib. 9. histor. Tripart. cap. 38. & Nicophorus lib. 2. cap. 34. in
Oriente narrant nulla necessitatis lege prohibitas coniuges, ἐνναντίων τοις οὐρα-
νίοις ἔστιν τοις δεσμοῖς φύσιδες κληροκοτοῦσι. Λίγοι τόποι περὶ κλη-
ροκοτοῦσιν μάτηται τὸν κληροκοτεῖσθαι αὐτὴν διπλήσιον. γί-
νεται. τῶν δὲ αἰσθαλῶν γνωσμάτων πάντων γνώμη απεχωρίαν, καὶ τὸ εποκόπτειν
οὐ κατέλογο, ἀλλὰ διάγνητον τοῦτο πεισθεῖν. πολλοὶ γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ
καιρῷ τῆς εποκόπτειν τῶν τοῦτον γνωστοῖς πεπιθήσοι. Casio-
dorus vertit, Ego quoque cognoui in Thessalia consuetudinem aliam, cum
quidam clericus ante clericatum legitime duxisset uxorem, qui cum ea mixtus
fuerit, abdicatus est: quum in Oriente cuncti sponteanea voluntate, & non
aliqua necessitate etiam Episcopi, seipso abstineant. Plurimi enim eorum et
iam Episcopatus tempore ex legitima uxore filios haberunt. En tibi Thessa-
lia consuetudini, oppositam totius Orientis. Et illius quidem in Thessa-
lia originem Socrates adscripti ab Heliodoro illo autore τοιχιοποιῶν: ne
putes aut ab Apostolis, aut a Concilio Niceno, aut ab aliquo principio
divino. Ex Innocentii primi Epist. 22. appareret, adeo non fuisse prohibi-
tam primam uxorem, ut ne secunda quidem officeret, in Macedonia sal-
tem: nam hunc morem necesse habuit Innocentius corrigeret. Macedo-
nia videtur & Mauritania consenserit, quantum coniicere est ex Leonis
primi epistola 85.

IV. De Subdiaconis, illustre testimonium Gregorii apud Gratianum
Distinct. 31. Canone *Ante triennium*, vbi restituuntur vxores prius abla-
ta: *Ante triennium, inquit, omnium Ecclesiarum subdiaconi Sicilia prohibiti*
fuerant, ut more Romana Ecclesia suis vxoribus nullatenus miscererentur: quo-
mili durum atque incompetens videtur: ut qui vsum continentia non in-
uenit, neque castitatem promisit, compellatur a sua uxore separari, ac per hoc
quod absit, in deterius cadat. Viden, omnes Siciliae Subdiaconos habuisse
vxores? Viden' harum vsum fuisse interdictum & dure & incompe-
ter? Sed & Concilium Lateranense sub Alexando III. fanciuit, *Sub*
diaconorum, de quorum incontinentia timemus, matrimonium est dissimili-
landum. Satin' grauiter? Sed de Diaconis vidimus supra Canonem An-
cyranum.

V. Gratianus canone *Cenomansem*, Distinct. 56. Cum ex sacerdotibus nati, in summo pontifices supra legantur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugis nati: qua sacerdotibus ante prohibitio nem ubique licita erant: & in orientali Ecclesie usque hodie eis licere probabantur. Nihil disertius. Primoante prohibitionem, inquit: Ergo non semper prohibitio fuit. Tum, ubique licita erant: quid amplius ipsi possumus dicere? Epiphanius quibusdam in locis permitti dicebat: nonne maligne? Sed de Orientalibus testis est Stephanus Papa apud eundem, Distinct. 31. Alter se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, alter huius Sancta Romana Ecclesia. Nam earum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi matrimonio copulantur: istius autem Ecclesie vel occidentalium nullus sacerdotum, & subdiacono usque ad Episcopum, licentiam habet coniugium sortiendi. Vbi querunt, quid illud sit, matrimonio copulantur: Et definit glosator, copulato vtuntur: ac videretur ita postulare contuetudo Graecorum: sed tum quid erit in altero membro, coniugium sortiri? Non enim copulato vti: nam quis vnumquam ita loquutus? Itaque esset insolentissima xenos, nulloque praetextu excusanda. Sin autem id quod sonat, nuptias celebrare, & matrimoniun contrahere: quid infantus Stephano, tanquam diuersa compararie, quæ sunt eadem? Oporteret enim sic potius, Orientales quidem copulato vtuntur: at nulli Occidentales. Sed erit (vidicunt, ex Caldaria in Carbonariam) feedum mendacium. Nam & Mauritania, & Macedonia, & Sicilia ad occidentem pertinebant, & Germania, & Gallia, & Britannia, de quibus suo loco.

VI. Transeo ad singulares personas. Polycarpus epistola ad Philip-
penes, Valentem nobis exhibet: *Nimis contristatus sum, pro Valente, quib-*

presbyter factus est aliquando apud vos, quod sic ignoratis locum, qui datus es ei. Et paucis interiectis, Valde ergo, fratres, contristor pro illo, & consue-
cens, quibus dei Dominus poenitentiam vestram. Irenaeus lib. 1. c. 9. Diaconis
quicunq[ue] eorum qui sunt in Asia suscipiens cum Matcum haeticum, in do-
mum suam, inciderit in huicmodi calamitatem. Nam cum esset uxor eius
speciosa, & sententia & corpore corrupta esset a mago isto, & secura eum esset
multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam conuertissent, omne
tempus in exhortatione consummauit. Eusebius duos indicat, Charemo-
nem, & Philean. lib. 6. histotiae cap. 34. Χαρέμων λατινογραφ. τε νέλι κα-
κηγόρους πόλεως ἐπίσκοπος. οὐτος διαβολος οὐδε τη συμβολη ειστοι
Ουράνιος απειπεληθερος : Charemon erat valde affecta estate: ciuitatis, que
dicebatur Nilus, presul: hic in Arabicum montem, una cum uxore sua, cum
fugisset, nunquam reuictus. Libri octaui capite decimo, Philorum & Phi-
leam (& hunc quidem Episcopum Timuthensis Ecclesie) ad marty-
rium paratos; cognatorum audisse preces, ut sibi parcerent; & coniugi-
bus & liberis. οι κα μεγιστας σουν των αιματοτε κα τη εδωλ φιλων αντεολυ-
των, επισκοπος τη επισκοπης Δεχοντων των οι κα αυτους Εδικτες ιδιγραφοι οι
δια την αιτην (an vero potius αιτην) οινται λαζαρει, Φειδωντες παρδονη και γιανα-
κην πινακογραφη, οιδαμων των τη τοπογραφη τη φιλοσοφη μηδε ελεος, κατε-
φρονηση τη των εμολογιας και δομησης η οινης ημων θετησις ιστικηση
ου: Hippurimis consanguineis amicisque obsecrantibus, sed & magistribus,
atque adeo ipso iudice hortante, vi sui iniurierunt, parcerentique liberis &
uxoribus: neutiquam abduci potuere, ut eligerent amorem vita, & leges, de-
confitendo, aut negando Seruatore, pro nibilo habuerent.

VII. Hæretici fuere, fateor, Tertullianus, Novatusque presbyteri sed vterque tamen in Ecclesia Catholica ordinatus: nec transfuga in eas hæreses, quibuscum hæc controuersia disputanda esset. Vterque coniugatus. Nam Tertullianus ad vxorem suam scripsit libellos, æternos testes suarum nuptiarum: quorum priore dehortatur à secundis, si se contingaret priorem mori: altero, vt saltem ne copuletur Gentili. De Novato, Cyprianus Epist. 49. testis est; cum eius scelerata enumerans, Vterus, inquit, uxoris calcem percussus, & abortione properante in parricidium partus expressus. Et damnare nunc audet sacrificantism manus, cum sit ipse nentior pedibus, quibus filius qui nascebatur, occisus est?

VIII. His duobus infastis nominibus nomina meliora nunc erunt, Spiridion, & Gregorii duo, Nyssenus alter, alter Nazianzenus, Sozomenus lib. I. c. 1. de Spiridione: ἐγένετο γὰρ εὐτός ὁ ἀρχαιοκράτερος, ταπεινὸς καὶ μηδὲ πατερός, αὐτὸς δὲ πατέρα τὸν μὲν θεῖον χρήσαντος: Erat igitur vir sane agrestis, qui tamen si uxorem habebat & liberos, non tamen propterea res diuinatas oblitus negligenter. Sic verit Christophorus sonus: nec multo aliter Cassiodorus Tripartita historia lib. I. cap. 10. aut Joannes Langus in Nicephoro libr. 8. cap. 42. Fuit autem Spiridion Epilocus Trimithuntius in Cypro.

IX. De Gregorio Nysseno Nicoponus lib. II. c. 19. *Habuit Basilius fratres: quorum unus Gregorius fuit Ecclesia Nyssena lux & ornatum: vir, secundum fratrem, doctrina, moribus, & vita sanctitate, spectatus. Et quamvis est coniugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minime cessit. Et vero in praefatione, praesexta eius operum editioni Parisiensi, haec legas, In se Gregorius libro quem de Virginitate scriptum reliquit, videtur apertius innuere coniugem non calibem fuisse. Merentur vero ipsa tanti viri verba describi ex capite tertio, Vt inam aliquo modo fieri posset, ut ex hoc studio mibi quoque aliquid amplius contingat, quo propensiore animi voluntate, ego in hoc studiis generi labore possum: quoniam si ea spe ducerer, ut quemadmodum literis proditorum est, frugum, qua ex oratione tritura ve percipiuntur, partem egd quoque aliquam ferr. m. accurate sanc in hac oratione elaborassim. Nunc vero mibi virginalium laudum cognitio, quodammodo inanis est, ac minime fructuosa, quales solent esse terra fruges bovi, qui ore frenis impedito ad aream convertitur: id quod accidit utem ei qui aquam sitit e praruptis saxi defluentem, neque eam capere potest. Praeterea quidem cum ius agitur, quibus integrum & liberum est, meliora diligere: quique cum communi se vita dederint, quasi vallo aliquo circumsepti, non tenentur: quemadmodum nos, qui veluti quodam terrarum litoria prohibemur, quominus ad hanc virginalem gloriam accedamus, quam attingere, illis amplius non licet, qui in humana vita curriculo vestigium semel impresserunt.*

X. De Gregorio Nazianzeno, Gregorii Nazianeni, cui Theologo cognomen, patre nemo dubiter, qui filii legerit orationes: Sed, qui Gregorii Theologivitam descripsit, Gregorius presbyter docet, matrem votis ad Deum conceptis obtinuisse masculam prolem, Theologum: qui Patri defuncto, superstite matre, successerit in Episcopatu Nazianzeno. Porro Theologus oratione funebri celebrauit tum patrem, tum sororem Gotgoniam, & fratrem Cæsarium, multis laudibus dignos omnes: nec matris laudes omisit, cum Patris funus celebraret.

XI. Hieracem Presbyterum, Ifidorus Pelusiora libri 2. Epistola 53.
docet vxorem habuisse, οὐκον ωδάτιον φιλαληθές αὐθες διήγημα λόγω
ηγί μνήμα ἀξιον τον τη συναρχι δελασηι ιδεώσα, Auditui à quodam ver-
itatis amante viro, historiam commemoratu dignam & memoria, quam excr-
ritua narrari opera pretium censui. Prosper Aquitanus Rhegienlis Episco-
pus, ipse de seipso testis est, Epigrammate postremo ad vxorem, Age iam
precor mearum comes irremota rerum trepidam breuemque vitam, Domino
Deo dicemus.

*Tu modo fida comes mecum isti accingere pugna,
Quam Deus infirmo præbuit auxilium:*

*Vt caro non eadem tantum, s. d mens quoque nobis
Vt caro non eadem tantum, s. d mens quoque nobis*

Vna sit, atque duos, spiritus unus alat.

XII. De Hilario Pictavensi Episcopo cecinit r. lib. Fastorum Marianus Carmelita,

*Integritas vix & legum prudentia, cultus
Cælitum, tutela inopum, diadema pedumque
Piætatiense tibi, dum nil mortalia curas,
Dum viuis tibi sorte tua contentus, ab omni
Ambitione procul populo adplaudente iuverunt.
Non nocuit tibi progenies : non oblitus vxor,
Legitimo consuncta toro : non horruit illa
Tempestate Deiis thalamos, rimabula, tadas.
Et in eius vita Fortunatus. Coniugem habet filiam.*

Episcopus: has enim reliquie tradit idem Fortunatus Pictaviis, cum iret
in exilium in Phrygiam Asiae Itaque Ioannes Gillotius in eiusdem vita
coniugatum fuisse non est ausus negare, *Vxoratum fuisse Hilarium*, inquit,
& unius filia patrem non imus inficias. Et paucis interiectis, *Quod si ita sit,*
ab hoc quidem munere non alienum tunc putabatur: imo sapientis eligebantur in
Episcopatum coniugati, quam virgines, quia isti non tam idonei curas pastorali-
*rum, quam illi iudicarentur, ut scribit Hieronymus libro primo aduersus Iouini-
us 122.*

XIII. Sidonium Apollinarem Gregorius Turonensis historiae Francorum lib. 2. c. 22. scripsit, sibi filiam Auri Imperatoris in matrimonio sociasse: atque ea nesciente plerumque abstulisse domo vas a argentea: quæ pauperibus donata, solebat illa non sine offensione redimere. Sed ipse Sidonius Episcopum suggerit Simplicium Biturigum, in Concione, quæ inserta est lib. 7. Epist. qua Concione describitur eius Simplicii electio. Et hic non tantum locer nominatur, Iustum, ut audiuiimus, tam sacerdos quam pater postpositis, ad sacerdotium duci oportere, vociferabamini: sed etiam vxor laudatur, Vxor illi de Palladianorum stirpe descendit, qui aut literarum, aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt.

XIV. Magdeburgenses, Centuria sexta, Basili in Gallia Episcopi Epi-
taphium recitant, in quo,

Annis bis denis, cum Bædegunde ingali

Clausit in urbe duos unus amore thoros.
Rollenikius in Fasciculo temporum, ad annum Christi quadringentis
nonagesimum quartum, Gerhardus primus Episcopus Laudemensis
vir sanctus habuit primo uxorem, quam dimitiens, & iterato admittens, ge-
nuit ex ea virum sanctum Latronem, qui ei in Episcopatu succedit.

XV. Quid? quod infinitos legimus Sacerdotum filios? Athanasius ad Dracontium testatur nouis, & in mortuus nativus rixas. In Concilio Hispanensi primo, cap. 1. Comprimimus in Canone, ut Episcopus, qui res proprias, ex epo filis & nepotibus, alteri, & non Ecclesiæ suis dimiserit, quicquid de Ecclesia rebus aut donauit, aut vendidit, aut quoquo modo ab Ecclesia transstulit, irritum haberetur. In Capitulis synodorum &c. atum a Martino Bracarensi collectarum, habes trigesimum, De filia Episcopi vel presbyteri, sine Diaconi si Deo consecrata fuerit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. In Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio cap. 3. Ad abolendam pessimam, quam in plerisque involuit Ecclesiis, corruptelam, firmiter prohibemus, ne Canoniconum filii, maxime spuri, canonici siant in secularibus Ecclesiæ, in quibus instituti sunt patres. In altero sub Alexandro tertio, caput est hoc titulo. De ordinatione sacerdotum, & eisdem in Ecclesiæ paternis non tolerandis. Concilii Africani lib. Bonifacio primo cap. 2. Ut Episcopi, vel clericis filios suos à potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint, & se estate securi. Venantius Fortunatus libr. 4. Carmine 5. Ruricorum aui & Nepotis Epitaphium reliquit. Et Ruricus Epist. 36. libt. 2. scriptis ad Parthenem & Apianillam nepotes suos.

XVI. Gratianus Distinctio quinquagesima sexta probat filios sacerdotum, non solum sacerdotes, sed etiam summos pontifices fieri posse: & addit exempla. *Osius Papa fuit filius Stephani Subdiaconi.* Bonifacius *Papa fuit filius Iucundi presbyteri.* Felix *Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciole.* Agapitus *Papa filius Gordiani presbyteri.* Theodorus *Papa filius Theodori Episcopi de ciuitate Hierosolyma.* Siluerius *Papa, filius Siluerii Episcopi Roma.* Deusdedit *Papa filius Iucundi presbyteri.* Felix etiam tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer ex parte Episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit: *Complures etiam alii inueniuntur, qui de sacerdotibus natu Apostolica senti prefuerunt.* Evidem est Canon *Prinsquam* Distinct. 28. *Prinsquam ad nos scriptura vestra ascurrit, Ioannem diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulam habere filiam quorundam ratione cognovimus:* Vnde si rationem voluissent attendere, nec illi cum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua presumptione aut et ad Episcopatum accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filia teste coniunctur non habere? *Platina.* Ioannes undecimus patria Romanus, patre Sergio Pontifice. Ioannes decimus sextus patria Romanus, patre Leone presbytero. Hadrianus. Secundus patria Romanus, patre Valaro Epis. o. Deusdedit patria Romanus, patre Stephano Subdiacono. Ioannes decimus quartus Narniensis Episcopus patria Romanus, patre Ioanne Epis. o. Liberatus Breuiarii capite vicesimo secundo. Romana ciuitas, Siluerium subdiaconum, Hormisda quondam Papa filium elegit ordinandum.

XVII. Hieronymus ad Demetriadem de virginitate seruanda. *Quod nuper in hac verbe diues quidam fecit presbyter, ut duas filias in proposito virginali inopes relinquere, & aliorum ad omnem coiam filiorum luxuria atque delicias prouideret.* Ad Eucherium Episcopum Saluanus Massiliensis L. gi, inquit, libros, quos transmisi, i: & post. Nec miror quod utile & pulchrum opus ad institutionem potissimum sanctorum ac beatorum pignorum condidisti. Et Gennadius in Catalogo, Eucherius Lugdunensis Ecclesia Episcopus scripsit ad Valerianum propinquum suum de contemptis mundi. Differuit etiam ad personam filiorum Solonii & Verani, postea Episcoporum, obscura quoque sanctarum capitula Scripturarum. Sed & Ruricu Lemouicenii ad Hesperium verba sunt, Commendantes tibi pignus nostrum depositum tuum, cuius nos susceptione epistli: mihi quidem significant filium Ruricu ad Hesperio susceptum in lacro lauacio. Idem Epistola 4s. lib. 2. consolatur Albinum presbyterum, & vxorem eius super morte filii, Gregorius Turonensis Historiae Francicæ libri 10. cap. 5. *Iste quoque Chirpa, iterum commotis quibusdam de suis liam Bardegesi fili quondam Cenomanensis Episcopi diripere sibi in matrimonium voluit.* Rollevikus in fasciculo ad annum 464. Germana Divisa Leonia, filia sancti Germani Episcopi.

XVIII. Hinc lacra prosapia, instar regia in republica, aut apud Israëlitas Sacerdotalis In Epitaphio Chronopii Petrocoricensis Episcopi, apud Magdeburgenses Centuria 6. Ordo **Sacerdotum cui fluxit utroque parente**: *Venit ad harendem pontificalis apex.* In ea Sidonii oratione quam paulo ante diximus. *Si natalibus seruanda reverentia est, parentes ipsius aut cathedralis, aut tribunalibus praese erunt.* Et post, *Vxor illi de Palladiorum stirpe descendit, qui aut literarum aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenebunt.* Scenaria perfixa matrona tercundam & succinctam sui exigit men-

tionem, constanter astruxerim respondere, illam fæminam sacerdotis virisque
familia, vel ubi educata creuit, vel ubi electa migravit. Iustinius Nouella
tertia ad Basilium Archiepiscopum. τὸν μακελοτὸν τοῖς αὐτοῖς στι, ἵστηται
δόξις εἰς τὴν πατέρα καθεδρὴν κλίνεις ἡ ιεροτικὴ πάντι βαθὺν τε καὶ χαματερὸν
αἴσιων τῶν καλεσμένοντος ἐπιληπτικήν, οἷα καὶ εἰς ιεροτικὸν καλαθίσιον φέρεται,
τοῦ λαφύρου διλειχτὸς θεοποιόδην, Quare beatitudinitas tua, qua ab initio ac
infantili ferme atate, in sacro solio & ornato sanctissimam decorauit Ecclesiam,
ut ipse sancta descendens prospicua, sancimus hac custodienda. Rufinus hæc
Eusebii ex 24. cap. lib. 5. historiæ, εἰς τὸν κανὼν δικτυόπερ ταῦτα ίειν πο-
λυκράτεις, καὶ τὸ δέσμοντον τὸ συγχώνον με, οἵη παρηγελλόντα ποιεῖται εἰς τὸν
ρρόν ποτανούς με εἰπονομει, εἰς τὸν δύοδον. Hæc inquam Rufinus ver-
tit: Sed & ego omnium vestrum minimus Polycrates secundum traditionem pa-
rentum meorum obferio eorum duntaxat quos & ab initio sequitus sum: septem
namque parentibus meis per ordinem fuerint Episcopi, ero octauus.

XIX. Satin' hæc exempla sunt: Addam duo. Cassiodorus Tripartitæ lib. 6.c.14. In illo porro tempore ferunt vitam finisse martyrio Basilius, Ecclesie Aneyrana presbyterum & Eupsychium Cesariensem Cappadocia, ducta nuper uxore, cum adhuc sponsus esse videretur. Vbi & vxorem habes, & recentductam: uno verbo Eupsychum ferme sponsum: In eum-ne finem, ut sponsa ne vteretur?

X. Nicēphorus libri 14. cap. 5. historiam recitat Synesii promoti in Episcopatum Cyrenensem, & simul protestantis se liberis operam datum. Protestatio fuit his concepta verbis, & legitur in Epistola 105. quam totā Nicēphorus transcriptis: εἰσὶ ὁ τε Θεὸς ὁ πειθόμενος, ἡ τε εἰρήνη Θεοφύλακτος γυναικῶν ἐπιβολὴν πειθαρεῖν τοῖνα ἀπατεῖν καὶ μαρτύρουμεν, οὐ εἰδοῦσιν τὸν θεόν αὐτοῖς εἰσαγόμενον κατέπατον, οὐτε ὁ μαρτυρούμενος τὸν θεόν γνωστόν εἰσεβάσει, τοῦ γνώσεως οὐμένον. ἀλλὰ διεληπούμενος τοιούτοις συνεχείᾳ παπαντούσῃ χρεῖσθαι τοῦδε. Mihitum Deus, tum lex, tum sarcina Theophilus manus uxorem tradidit. Predico igitur cunctis, teiborgue, me neque ab ea discessurum vlo modo, neque ut machum um ea furtim congressurum: quorum illud impium, hoc contra leges est: quin optaturum, præatrumque multos mib bonosque nasci liberos. Non nocuit libera protestatio: nec Ecclesiam pœnituit admisisse multis post laudibus celebrandum virum.

XI. Magna hæc nubes est exemplorum : qua si non impetreret quod est in controuersia positum, scilicet, longe abfuisse prima Ecclesiæ secula ab ea seueritate, quam nunc cogimur oppugnare, quid est quod disputando obtinere quis possit vnquam sperare? Sed age, quid responsent videamus, qua singulis, qua omnibus.

XXII. Singulorum paucorum fidem vellicant. Polycratis, Eupscyhi, Synesii. Optime, si hisoli nominarentur: sed in tanta messe, quid iuuat pauculas spicas corrumpere? Næ nos ~~enim~~ possumus hunc vnum, alterum, & tertium condonare aduersariorum iracundie, leuisimo, immo nullo^e torius exercitus damno. Et tamen quid id sit examinemus.

XIII. In Polycrate, decipi Ruffini versione & Iuellum dixit Hardingus, & Bellarminus Philippum: discedentis a voce græca συγγόνοις. Sed non est magni momenti. Concedimus eo nomine significari cognatos sed parentes non posse, bellarminus non facit fidem, non Hardingus. Imo, si verum, perit ipsa funditus cognatio, quæ non potest nisi à parentibus esse: at, propter quod quique tale, id ipsum magis tale. Itaque mihi propter utrumque parentem cognati sunt & συγγόνοις, ii qui remotores: non video qui possint ipsi parentes non esse συγγόνοις. Sed sunt profecto. In iure Græco-Romano tom. 1. lib. 8. Michael Chonnius de gradibus cognitionis: ὅσοις γένοις οὐρανοῖς κείνοις ηγεθολοκοι. διαιρέται τοι εἰς τάξεις τετράγωνοις, καρτονίσταις, την εἰς τοπογραφίαν, καὶ αἱ τοιούτοις μὲν εἴτε οἱ τομαγεθολοκοτέρες. Cognatio nomen est commune, & generale: dividitur autem in tres ordines: in ascendentes, descendentes, & eos qui ex transuerso. Ascendentes sunt qui nos genuerunt. Et statim nominat in cognitione Iacob patrem Isaac, matrem Rabeccam: auum Abrahām, auiam Sarām, τοὺς ἀδέρατοις, & ulteriū ascēndendo: tum subiicit, τοὺς πάτερες συγγόνοις Iacob λέγονται αἱρέταις omnes igitur hi cognati Iacob, dicuntur a'cēdentes. Diodorus Siculus lib. 13. οὐκισσαίς καὶ τοὺς ιδίους εἰς ὁφθαλμούς τοισθέντας ita siebat, ut in suorum oculis cognatorum interficerentur, η θεωρεῖς φρεστήν απόλαυσαν, διλαφας ἡντικακεις αἰδοράνη ἀδελφῶν ἵτεαν καὶ φέροντες. Eti parentes viderent liberorum interitum: sorores, uxoresque virorum ad frātrum mis̄erandum oīcasum. Ergo proximi parentes in cognatis. Chrysostomus Homilia prima de Anna, cum de abdicatione loquitur, quæ est patrum in filios, τοισθέντας τοισθέντας: Excindunt à sua cognitione. Possunt tamen fateor in multis cognatis non esse parentes: sed nullos esse posse, fallim. Ideoque verisimile in multis non deesse aliquem. Et cur negemus in isto, quod in alijs manifestum?

*XIV. Eupschium Episcopum dictum negat Hardingus contra Iuellum. Sed haec nimis est vocularum cautela. Concedo non legi distincte: sed quis non videt seriem postulare? Basilium Ecclesie Ancyrae presbyterum, & Eupschium Ca^mariensem Cappadocia? Imo Athanasius contra Arianos: *Apostolis & Eu^mphyllo & & xgraudoxis imitatoribus. Leontius & Eupschii Cappadociae Episcoporum.**

XXV. Synethii autoritatem valde eleuant Possevius, & Ferrarius. Fuisse neophyrum: necdum peritum Christianitatis: non credidisse resurrectionem carnis: aut creari animam post corpus. Itaque, vel non factum Episcopum, vel mutasse. Si mutauit, ut haec crederet; quod restatur histori, mutasse ergo & illud de vsu coniugis: neque enim in hunc magis iusta quam iniusta.

rasfe quam in illa.

XXVI. Sed has vere Papisticas coniecturas facile dissipat Nicephorus : cuius haec narratio est, *Quamuis esset ea opinione, Ecclesia tamen, ut sacerdotis obiret munus, homini permisit. Quia hoc tum fecit, illa certa coniectura adducta, quod propter reliquias eius virtutes, eum etiam aliquando tandem flexum resurrectionis professionem comprobaturum, diuinamque gratiam rem illi tamen deesse, passuram non esse putaret. Neque illa opinione & sua falsa est : Paulo namque post, resurrectionem & credidit, & professus est, certam hanc esse, maximeque conuenire Ecclesia ipsi sententiam. Cui Photius accedit, Bibliotheca c. 26. τοις τινισ αποι & απροφελοναγαδιν και τοι και θεοι αφορωτες ο βιος νοοτης την αριστην βιον απρωτον ο το τι αυτους ειναι μαθητειν φει, οτι η τι ελπιδ οτικιν θεον πατει ρωτη τοι επι τη αρχη τους, η το τι αναρτωνται εις πιστιν δικαιοτητην ο λογοτα, Reliquam viri uitam at*

*tendentes & puritatem, & sperantes futurum, ut qui sic vineret illustrandus
esset resurrectionis lucis. Nec spei frustrati sunt: facile enim postquam ordinatus
fuit, fides eius facta est resurrectionis. Hinc habes primo factum esse Episcopum, etiam cum in ea esset sententia: quod tamē Sophistæ negabant.
Secundo, mutasse quidem sententiam: sed aliquanto post ordinationem;
Tertio, in ea mutatione ne verbum quidem factum de coniuge. Quis cre-
dat omnissimum, si verum, si necessarium? Et eo quidem tempore, cum iam
egisset tam altas radices cœlibatus opinio?*

XXVII. At non magis iuratus in hoc, quam in illa. Falsum inquam. Nam in matrimonium profecto iurauerat, tum cum vxorem acceperat ex manibus Theophili: at dogmatis Philosophicis hæsit tantum ex priuata animi persuasione, cuiusmodi solet esse iis omnibus qui imbiberunt eiusmodi studia: quod & ipse testatum fecit. Χριστὸν οὐκοντας, inquit, εἰ μὲν καὶ λαοὺς αὐτούς, εἰς ψυχὴν τῆς διάτηψης εἰς δοκιμήν εἰλθεῖτε. Διάτηψη δοκιματα σαλιδοῦται. Difficile est, si non est valde impossibile, qua opiniones in animum penetraverint per demonstrationem scientia, eas concuti. Non per sacramentum, sed per demonstrationem. Quis autem nescit facilius longe demonstrationem, saltem τὴν ἀπόστολον, quam sacramentum exui?

XXVIII. Praterea audio protestatum, non posse suam sententiam ire dissimilatum : sed ne relictum quidem : hoc vero protestatum nemo legit, *ādīs ĵ πολλακις ἐρῶ, μηδέπιας αὐτάκυς ταχεότες, οὐτὲ ἐλέγχος, οὐ φῶ, οὐτὲ ἀλίγχος, καλύπτω* *οὐτὲ* *εἰς ἴσχαντας, τὸν* *ἀξένω ταπεινοῦταις* *θέματα-*
των Θεών, ταῦτα *αὐτόπτες μαρτυρεῖσσας, Ρωμαῖοις* *σαπίες dicam: nulla pra-*
sente necessitate, in utramque partem disputare, non esse sapientis. Vocatus ta-
men ad sacerdotium certus sum non simulatum ire qua non sentiam. Hac Deum
aque homines testor. Hæc ille, quibus potuit non renuntiare, & tamen
sententiam mutare : neque enim ille fingit, qui sententiam mutat : sed ille
qui non mutato sensu suo, alienum aliis edisserit tanquam sibi persuasum.
Indignum facinus viro bono. At de coniuge facit verba longe aliter : nec
deseram, inquit : nec furtim coibo. Quam sunt hæc diuersa ab illis ?

XXIX. Denique, quis persuadeat, non magis obligatum fuisse vxori legitimam, quam falsam sententiam? Atqui huic ius diuinum obstat. Vxorit vero fidemque praestari ius diuinum cogebat, id est pietas. Quare, cum progressus fecisset in fide, tum vidit se delusum suam illius scientiae demonstrationibus. Quis vero ausit dicere, similiter delusum, cum fidem promitteret vxori? Merito igitur obseruauit Nicephorus, mutasse sententiam de dogmatis: at non obseruauit mutasse fidem coniugalem.

XXX. Hactenus illi passim carpebant agmen. Nunc totis pugnabunt legionibus. Vxores ergo illas fuisse ante ordinationem ductas: à quibus post abstinerent. Sic Tertullianum Pamelius in argumento lib. I. ad uxorem, ad hanc scripsisse, *pari consensu continentia ergo separatam*. Gregorii Nysseni vxorem Baronius Theolebiam finxit seorsum à viro se Ecclesiae ministerio mancipasse, & diaconissę munere functam: §. 64. anni 369. Sed finxit suo more, propria fretus audacia, nullo antiquitatis vel monumento p̄eante. Hilarii historiam Ferrarius Mantuani testimonio nitit, qui fuerit seculis vñdecim posterior: & semper ecclēsī, multusque in laude virginitatis: qui etiam Hilarium testetur, nec astutum pudorem perderet, obtinuisse à Deo mortem tum filiæ, tum Coniugis. Possevimus addit extare eius Epistolam ad Abram filiam, vt eius animum auerteret à nuptiis: & in Psalmum 64. dixisse, Vouendum esse Deo contēptum corporis, & castitatis custodiam. Fronto Ducæus, Sidonio vnicum fuisse filium, duasque filias: Illi, factum Episcopum, quicquid habebat dignitatis reliquissle, teste Saurone in eius vita. Itaque non potuisse filium non esse iam grandem.

XXXI. At nos habemus & virgentes coniecturas, & certa argumenta, quæ opponamus. Quanquam de ductis ante ordinationem, non est, quod valde contendamus: et si Eupychii videatur historia ab ludere, nisi si dicat quis, occisum in ipsis primordiis ordinationis: quod tamen de presbyteratu fore intelligendum: sed si fuit non extra ordinem electus, ante oportet fuisse Diaconum: ideoque etiam positum in ordinibus nuptias celebrasse. Viderint tamen, qui volent. Nam nos quidem de nuptiarum tempore, non sumus solliciti: hoc potius querimus, vtrum nuptias ante ordinationem contractis vi sint etiam post ordinacionem.

*XXXII. Et primo, suadet vita societas. Nam qui Cælibatum maxime promouerunt, iidem viri cum vxore suspectam esse voluerunt habitationem: inde enim Trullenses sanxerunt Episcopi *γυναικας αεριαζοντους* habitare in monasterio: & quidem procul a viri mansione ædificato. Nostri etiam Papistæ inter foeminas, quarum suspectam familiaritatem esse volunt, ideoque clericis prohibitam, vxorem ipsam numerant: quod proximo libro videbimus. Quare, quæ ratio coegerit (si quæ ratio coegerit) abstinere ab uxoribus, eadem coegerit separari habitationem, & familiaritatem dissui. At qui non factum. Nam & Diaconus ille apud Irenæum domi secum suam habuit: & Prosper suam dixit Comitem irremitam: & Hilarius, cum abiret in exilium, reliquit apud Pictavos uxorem, & filiam. Deinde si tactus Episcopus, separatus esse t, falso Mantuanus diceret,*

— Non horruit illa,
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tadas.

Nam quis negat horrore esse non ea tantum quæ fieri nolumus: sed etiam, quæ cum facta sint auersamur? Tum autem, quid ageret illa temporis circumstantia? Aut quis non videt additam, ad comparationem subsequentium temporum, quibus mutata sit ratio? Atqui ne hodie quidem non licet admitti eos, qui prius nuptias celebrarunt, dum voleant in posterum abstinentiam. Inepte ergo Mantuanus comparationem instituerit.

XXXIII. Cœliben; fuisse fateor Mantuanum, & virginitatem laudasse? Quid tum? aut quomodo inde conficiet Ferrarius non habuisse Hilarium cum vxore? quod nam id genus est Logicæ quod imbibit, factus esse? adsecla Cardinalis adulator Jesuitarum? An ita proficiunt, qui à nobis discedunt? Bonum factum. Sed idem Mantuanus, qui cœlebs virginitatem laudavit, dum hanc Hilarii coniugis historiam descripsit, ausus est Cœlibatus tyrannidem graui stylo notare, quod satis sit: & carmina descripsit Espensœus, de Continentia lib. I. c. 13.

Propterea leges, quia sunt commibia contra,
Esse mala: quidam perhibent: prudentia patrum
Non satis aduerit, dicunt, quid ferre recuset,
Quid valent natura pati: cersicibus auunt,
Hoc insuane iugum nostris imponere Christus
Noluit: istud onus, quod adhuc quam plurima monstrat.
Fecit ab audaci dicunt pietate rerum.
Tutius esse volunt, quam lex diuina sinebat;
Iste via, veterumque sequi vestigia patrum,
Quorum vita fuit melior cum coniuge, quam nunc
Nostra sit, exclusis thalamis, & coniugis usu.

Vbi vides semper tempora temporibus comparata, vt quæ patrum érant, fuerint cum coniuge: quæ deinceps, exclusis thalamis, & coniugis vñu. Quare certum, cœlibem Mantuanum, & profusum in laudes Virginitatis, non aliter induxisse in animum, quam Hilarium, atque alios Patres, non desissemus ut coniugibus ante ordinationem ductis.

XXXIV. De impetrata coniugis filiaeque morte; ipsi Ferrario non arisit fabula, nedum nos moueat. Et vero nouum, imo inhumanum aduersus carnis stimulos remedium est. Epistola ad Abram displicuit Hardingo, tanquam peniculamentum miserum, scriptumque δοκεν φα, abiecum, & supposititium. Et vero ita est: nihil haber dignum Hilario. Minus dixi nihil habet non indignum Hilario: adeo ut Baronius cogatur divinare, demississe fese tantum virum ad captum mulierculæ. Sed esto ut violent: quid inde lucri habent? Hortatur filiam Hilarius ad virginitatem: ergo Hilarius ab vxore sua abstinuit. Egregie, quasi non in medio ipso papismo, multipates liberos vtriusque sexus includant monasteriis, ipsi interea alios generantes.

XXXV. Sedipse dixit, Deo vouenda esse contemptum corporis, castitatis custodiām, ieiunij tolerantiam. Quasi nulla esset castitas, præter abstinentiam ab vxore: quasi nulli coniuges casti: sed id nos proximo libro videbimus. An vero vouendum dixit, solis presbyteris? Nam, nostra quidem sententia, hoc genus vota communia sunt omnibus Christianis: qui tamen non tenentur omnes abstinere ab vxoribus. Denique, cur non potuit Hilarius ipse vouere castitatem, & simul vti vxore, cum hodie qui voterunt, non desinant vti scortis?

XXXVI. Necin Tertulliano miranda non est Pamelij audacia, non in Gregorio Nysseno Baronii, tam confidenter afferentium, quod nunquam viderunt, neque scriptum, neque pictum, neque dictum. En quo se presumptae opinionis erigat vehementia! At si tam potens fuit apud Tertullianum lex, quæ continentiam imperat presbyteris, ut ex ea auctor sit definire vxorem ab eo separaram; cut eam minoris fecit, quæ ab eadem origine est, prohibente sic separatam à viro mulierem, postea unquam nubere, né defuncto quidem illo? Nam poterat hæc Tertulliano gratiam facere dissuadendi vxorculam à secundis nuptiis. An existimat nondum perfectum fuisse cœlibatus Babelem? Habet nos assentientes: sed qui sibi permittunt, non credere vilam adhuc legem, quæ vxores presbyterorum, quantumuis separatas, nubere post virorum mortem veterant: ne ægreferto non credentes, fuisse vilam latam, quæ abstinentiam ab uxore imperaret. Quando nè ipsi quidem hac parte tyranni ausi sint eam inducere, nisi posito mutuo in continentiam consensu. Ac enim vxorem Tertulliani non consensisse patet: quia laboravit vir in ea dissuadenda à secundis nuptiis. Et hanc quis credat noluisse primis vti?

X X X V I I . De Apollinaris liberis, quid iuuat nugari? Non equidem auctum affirmare vulos ei susceptos post Episcopatum: et si nonnullos scio ex nonnullis coniecturis suspicatos. Sed, ut fese hæc res habeat, at illud certum, non discessisse ab eo vxorem. Itaque Sauarò in eius vita, In Episcopatu suo præclare se gessit, in ieiunis & orationibus assiduus, unde male se habuit: erga mendicos effusus, & unice liberalis, argentea & supellectilis vas a egenis erogabat, ut Papianilla uxor resciens illa dato precio recipieret. In Episcopatu ergo ille erogabat: in Episcopatu hæc redimebat. Itane potuit, si separata, si inclusa monasterio, si procul habitans? Imo Gregorius Turonensis diserte, ille asperebat à domo, ista domi restituebat. Ambo igitur domi

XXXVIII. Non satis probationis? iis forte quibus nihil satis. At cohabitatio tam certo supponit id ipsum quod probatum volumus, vt ex more Graecorum vsus matrimonii solo συνοικεῖ verbo significetur. Isaeus de Philoctemonis hæreditate τῷ φιλοκτήτῳ εἰς μὴ τὸν γυναικὸν οὐ πιστεῖ τὸν λογοθέαν, Philoctemoni ex uxore, cui erat populatus, infans nullus fuit. Et post, ταῦτα ἡ αδελφαί την μητέραν, ή δ' χαριάς συνωκεῖ τὸν λογοθέαν πατέλον, καὶ εἰδότης πολλὰ τὴν συνοικεῖσθαι. Οὐ δὲ τούτης εἴπεις, ή σιγῆς Φιλοκτητοῦ, εἰτούτην ηὔδιον. Denique lib. 8. tom. I. Iuris Graeco-Romanici capite de habentibus in contubernio mulieres extraneas, ita legas, ἀχαριζεῖς τὸν τετραγόνον πονεμένον, τὸν κακωτότερον τὸν γυναικῶν πλεονεγγύεσσιν οὐτε τὸν επαγγειλόμενό τις αὐτοῖς τῷ οὐρανοῖ, ἐργον πολλὸν γενναῖται οὐρανοκείτων ποιητῇ, δῆλον ἐστι, τὸ μὲν τὸ παρεργασίας σεμνὸν εἰς τὸν πατέρων γείτονα, τὸ δὲ καθ' ἑρδοὺς ἀπετεῖνας μὲν αὐτοῖς εἰπεῖν: *Celibatus dignitatem a venerationem in hoc consistere, ut quis à consortio muliebris separatus sit: quippe si quis eum verbo tenus promittens, replefacias ea, quae solent qui multiterum in consortio degunt: manifestum de se prabet indicium quod virginitatis decus nomine tenus sectetur, verum fæditate voluptatis non abstineas. Nota, τὰ τριγωνά τονούσιτον.* Etiam Latini similiter: Suetonius Vespasiano, Dilectam quondam sibi, reuocauit in contubernium.

XXXIX. Sed exspectant, videlicet, potentius confutari. Satisfaciamus importunitati. Joannes ille Diaconus, de quo fuit paulo ante Canon, *Prisquam*, Distinct. 28. apud Gratianum habuisse dicitur parvulum filiam. Et parvitas filiae, inquit glossa, fuit argumentum quod nondiu fuerit continens. Vnde ei negata promotio in Episcopum: non negligenda puto, si ante diaconatum genuisset. Sed quid de Nouato dicentes presbytero, qui calce violauit veterum coniugis prægnantis? Non habuit hic Pamelius, vnde nobis, ut in Tertulliano, separationem cuderet continentem ergo.

XL. Quid: nonne Gratianus ad Canonem *Cenomanensem*, disserit, monuit, sacerdotum filios intelligi natos, non ex fornicatione, sed legitimo matrimonio, quod iis liberum fuisse ante prohibitionem? Verba paulo ante descripta recolamus, *Cum ex sacerdotibus nati in summos pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugis nasi: quia sacerdotibus ante prohibitionem ubique licita erant, & in Orientali Ecclesia usque hodie eis licere probantur.* Enimvero si tantum natos dixisset Gratianus ex legitimo matrimonio, poterat videri habere in animo, tempora praecedentia ordinationem. At ille non substitit, sed addidit matrimonia licita presbyteris: & licita ante prohibitionem, quae autem prohibitio fuit, qua fierent non licita matrimonia ante ordinationem? Tum autem licita, ut in Oriente. Quis iam dubitandi locus? Et vero hanc fuisse Gratiani sententiam, agnoscit adnotatio addita in Decreto Gregoriano, *Ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinionem, aliquando in Latina Ecclesia, presbyteris etiam licuisse utrū coniugio: quod in Ecclesia Graecorum, & olim & nunc permisum est.* Ergo, inquam, si nati liberi presbyteris post ordinationem; vsi sunt hi suis viroribus. Nam quid ad me, si displacevit Gratiani sententia correctoribus Gregorianis? An quia hi ex suorum præiudicio temporum voluere Gratianum suæ ferme subiiciere; ideo æquum nos à veritate abduci? Imo nimium sero corniculum oculi configuntur.

XL I. sed illustrius exemplum est Gregorii Nazianzeni senioris. Hunc enim manifeste constat duos saltem filios genuisse post initum sacerdotium: illum videlicet nominatissimum Theologum, tum eius fratrem Cæsarium. Concedunt-ne: an volunt coniungi? En tibi locupletissimum testimonium unum, idemque duorum simul testimoniū, & patris, & filii. Habes in carmine de eius vita patrem cum obsecrare filium, ut sibi auxilio esset in exercendo munere, cum alia παρατητικά, tum hoc σύντονος επιστολής βιον. Ὅτε διῆδε θυσίαν τοῦ ζώου, Νονδού τοιούτου anni sunt tui, quod in sacris, mihi sunt peracti victimis. Quid autem hoc est, nisi necessario affirmare, Gregorium filium genitum esse, cum iam pater esset Episcopus? aut certe presbyter?

XL II. Quid Cæsarius? Athie Gregorio minor natus. Est enim Gregorius concubus matris votis, optantis prolem masculam. Eodem carmine, Αὐτὸν οὐδέποτε πάρεστις γένεται. Ιδοὺ οὐδεὶς, περιγένεται τοῖς οὐρανοῖς, καὶ δέται σόδες τούτους: Cupiebat illa masculum futurum domi spectare, magna ut pars cupit mortalium. Deum ergo supplices orat, ut vota expletas. Post subiicit exauditanū, & forma, & nomine præmonstrato, in somnis, καὶ τίσω εὐχὴν αὐτὴν στέψων προσομοιών φίλων. Αὐτὴν αὐτὴν στέψων προσομοιών φίλων, ταῦτα πατέρας. Επειδὴ εὐφανές πατέρας, καὶ κλῆτος, Nec vero id eius irritum votum fuit. Sed venit ipsi commodum præludium. Visio petita deferens umbram rei: facies aperte nostra, nam se illi obiedit, Nomenque. Si optabat prolem masculam domi videre: ergo nulla erat. Primogenitus ergo, saltem marium, Gregorius. Itaque Cæsarius & ipse natus patre iam Episcopo.

XL III. Commotus tam illustri, tamque manifesto exemplo, magis Annalium decoctor Baronius anno 371. *Quam caro*, inquit, pretio sibi emerent eiusmodi exemplum, tum recentiores Graci, tum Latini incontinentes, atque ii potissimum, qui à fide Catholica exulant heretici? Nam hoc genus hominum, mire Catholicum, si credere fas est, mireque continens, se vnis exceptis, nihil in orbe vident non hereticum, non incontinentis. Esto: nos Romanum fastum æquibonique consulamus: & quod mutare non possumus, saltem toleremus: donec ille appareat nostra fidei autor, nostræque castitatis vindex. Curtamen emamus pretio, quod & offert se vltro, & dono datur? Grati potius, latique accipimus, quod facit ad nostri triumphi magnificientiam, cum iam potentissimis Scripturis debellatum est mendacium. At facrimi Papistæ, quod nullo auro possunt redimere, ut ne sit; quacunque arte, impostura, audacia satagunt, ut ne sit quod est. Tantus eis religionis amor.

XL IV. Ut suis ergo, sibique, metum minuat Baronius, hyperbolæ comminiscitur. Commenti ratio: vna à lege coelibatus. Generare liberos, inquit, in Episcopatu, procul à moribus legibusque Ecclesiasticis erat: tamque in Occidentalí, quam in Orientali Ecclesia, hoc potissimum seculo, firmiter custoditum: nec fingi potest, Gregorium seniorum adeo ignominiose leges Ecclesiasticas proculcasce. Deinde, quomodo eiusmodi suorum natum labem sic ipse Gregorius propalat non veritus esset, quæ divinitus accidisse tantopere prædicat?

XL V. Tertia ratio præcipua, à notatione temporum: vnde sperat conficer natum Theologum, antequam pater esset non tantum Episcopus, sed etiam Christianus. Theogum, cum Athenis esset vna cum Basilio, fuisse annorum triginta. Eodem tempore Athenas se contulisse Julianum: nempe Consulibus Constantio septimum, & Gallo tertium, qui annus erat Domini 354. Vnde si auferas triginta, redibit annus 324: idem annus natu Theologi, & præcedens annum Concilii Niceni. Iam vero Gregorium patrem eodem anno baptizatum, quo Concilium coactum, constare testimonio ipsius filii. Imo in oratione funebri patris, scripsisse se natum ante baptismum patris. Non constare autem, quanto tempore fuerit in laicis post baptismum, aut in sacris ordinibus ante Episcopatum. Ut plane intelligas (exclamat post tantum sudorem exultans Baronius) longe abesse, ut parente Episcopo, nasceretur Theologus.

XL VI. Sed potuit ne fieri, ut hæc ipse sibi persuasa erit Baronius? Nam, ut aliis persuadeat, vix est, ut credam: nisi si quis nihil habet salis. Nam quod genus hoc est hyperbolæ? contra non tantum veritatem rei, sed etiam cognitam: Nam per hyperbolæ excedi veritatis exactam mensuram, fatis tritum: sed tum ea ipsa exacta mensura non est rite explorata: sic chiliades pro numero incerto: sic infinitum, pro immensa quantitate. Sed in re exploratissima & certissima, cuiusmodi annorum numerus est patti libertorum, apud quos locum habere possit, non sane video. Est enim disertum, Nondum es tantum vita emensus, quod mihi sunt transacti anni in sacrificis. Et valeat tamen hyperbole: si vincant argumenta. Sed si haec, aut falsa sunt, aut incerta, quis non videat standum testimonio tam diserto?

XL VII. Et primum quidem argumentum præter nugas nihil habet,

Metas, inquam, nugas: vix pueris dignas. Nos enim, generauit, inquisimus, Gregorius vir pius liberus, dum esset Episcopus: Ergo nulla erat tum temporis lex certa coelibatus. Negant antecedens Papistæ, ut ne cogantur admittere consequens. Ergo magnifice Baronius (nam hyperbole hic mihi credo Baronius indulget) Lex erat certa coelibatus: ergo non generauit, dum esset Episcopus. Næ facile triumphi obtinentur, si hac arte victoria acquiritur. Sed nos, qui aliis etiam argumentis scimus nullam fuisse, tum maxime temporis, facile videmus Baronianam Dialecticam.

XL VIII. Secundum argumentum iis ego condono, qui didicerunt legitimum Presbyteri matrimonium multo magis damnare, quam impuram fornicationem. Imo ausim deponere, si peruenisset Baronius ad finem Annalium, mollius fuisse loquutur de Cæsare Borgia, illo Alexandri Pontificis digni Patris digno Filio, non iam ex legitimo matrimonio, sed ex infanti concubitu suscepto: quam nunc de Gregorio Theologo. At certè non ea mens erat nostro Theologo. Itaque potuit securus suorum natalium honorem prædicare: magnum dupli nomine: & quod ex sancto Episcopo: & quod ex illustri matrona, cuius erant muliebria castiora, quam sit os impure calumniantium.

XL VIII. Terrium argumentum artificiosius est, & consideratione dignius, ne nos arte vafa decipiatur: qua solet ille plerumque minima quadam inclinatione, magnarum rerum momenta precipitat: vt nisi quis attentissime legat, diligentissimoque exploret examine, non possit imposturas cauere. Hic certe, & vera dicit, & vera dicendo mentitur tamen: quod genus impostura est artificiosissimum. Anno Concilii Nicæni Gregorium seniorum baptizatum fuisse constat. Sed à baptismo ad ordinationem longum interuallum, nugamentum est. Testis contra Theologus ipso in funebri patris, Πιστεύεται μὴ γὰρ τὸν ιερωτεύοντα, εἰ τὸν τοῦ εὐχολάτου τὴν αἵματα μικρά την θλιψίαν, οὐτὲ τὴν καθάρεσσαν τοῦτον τὸν Θεολόγον εἰπειν, καὶ δύραμιν: Enimvero sacerdotium suscipit, non ex facilitate & confusione, quæ nunc viget, sed paucis interictis temporis spatio: ut purgationi accederet purgandi peritus & facultas. Μικρῷ την θλιψίαν, inquit, id est, autore Baronio, aliquot annos, dum degit in laicis, dumque in minoribus ordinibus. Satin' fanus Baronius? Nos annum damus: qui scimus, ne annum quidem concessum Hilario, Ambrosio, Syncelio. Et esse satis, quis neget: maxime ei, cuius præmonstratam diuinitus ordinationem, ipse testatur filius; diuina affulgente luce inter baptizandum? Enimvero apud Harmenopulum tit. 2. Canon 1. sect. 1. Νεοφάνης Θ., ή εἰς Φαίδην Αλεξανδρίαν μὴ γνέσθω, εἰ μὴ θεοφάνεια: Recens per baptismum illuminatus, aut ex præiuia conuersatione, non fuit Episcopus, nisi diuina gratia: ηγεων εἰς Διοκλητίους οὐτε θόντευ, id est, si reuelatio de ipso contigerit. Imo ordinarie electi, Justinianus putauit tres menses sufficere. In Authenticis collat. 9. tit. cap. 2. Si laicus hoc modo ad Episcopatum eligatur, ne repente Episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur: & ita sanctas regulas & quotidianum Ecclesie ministerium edocet, Episcopus ordinetur. Quid habes iterum Nouella 113.

XLIX. Quare dicimus hoc posito, non constare suum Baronio calulum. Nam, ut demus non male assignari annum nati Theologi: tamen superest frater Cæsarius, post eum natus: quot annis? Varium hoc esse scio. Sed in moderatis coniugiis vix intra biennium, dum ablacteretur, qui prior in lucem processit. Quare natuitas Cæsarii incidit in sacerdotium patris: imo ipse conceptus. Quid ergo promovit Soiphita?

L. Verum in ipsa Theologi historia, multa sunt diligentis retractatione digna. Venisse Athenas Julianum anno Christi 354. id est, Consulibus Constantio septimum, & Gallo tertium, certum: fuisse Theologum Athenis anno ætatis trigesimo, certum: visum esse Athenis à Theologo Julianum, certum. Sed visum Athenis anno 350. incertum: incidisse annum Gregorii tricesimum, in Christi 354. incertum: visum denique Julianum anno Gregorii trigesimo, incertum. Et quidem ita incerta omnia, ut propinquiora sint falsis. Et tamen nisi certa sint, nullam esse Baronii demonstrationem necesse est, quæ nullis nisi iis fundamentis nitatur.

L I. Fuisse Athenis Gregorium anno ætatis trigesimo, verum: sed postremo Gregorius, Presbyter τριακοσίων ἡδονῶν τριηκοσίων τριηκοσίων, εἰ τὴν πατέρα εἶναν τοῦτον τριηκοσίων: Tricesimo iam anno in artium studiis exacto, patria se restituit. Ipse Theologus, εἰ γὰρ τοῦτο τοῦτο τοῦ λόγου ζωής ηδονῶν τριακοσίων μοι γενέσθω τετράτης λόγος ζωής, ηδονῶν τριηκοσίων τριηκοσίων τριηκοσίων τριηκοσίων: Nam tempus ingens fluxerat iam in literis, triginta & annos pene tunc exegeram. Vbi Αλεξανδρία nota. Presbyter plenos annos numerat: at Theologus non plenos. Vter norat certius? Itaque uno minus, Baronio erant numerandi: vnde conficeret, natum Theologum ipso anno Nicæni Concilio: eoque magis Cæsarium conceputum in Episcopatu.

L II. Sed cur necesse, visum Julianum ipso illo trigesimo anno. Sane: si Athenis non fuit amplius Theologus: & intra menses duodecim venit studuit, rediit. Quod quis credat? Quid si pro mensibus duodecim, annos totidem euincimus moratum Athenis? Ipsum testem appello, describentem suum aduentum in urbem literis opulentissimam: Αὐτὸς παρεῖται, τοῦ λόγου δι' ἵκανος εἰς Θεοφάνειαν οὐδὲ: Lanugo nondum texerat genas: tamen me literarum ceperat ferniens amor. Post pauca, ἔτερη διαδήλωσις δι' εἰς τὸν Οὐρανὸν ἀπέκτειναι, εὐκόλως ἐπιζητεῖται. Οὐς πάλαι απέτειναι εἰς δρόμους, θυμος πάθειαν. Πέτρος τετράτης τοῦ γὰρ οὐρανοῦ πατέρας εἴσαι ζωής ηδονῶν τριηκοσίων τριηκοσίων τριηκοσίων τριηκοσίων: Quod autem ephesis ferd accidit (præceptum eorum semper est namque impetus, non alter atque pulsus ad cursus salit ferox) idem mihi contigit: nam incommode prorsus efferto iam mari, Ητού οὐι Αλεξανδρίας, οὐδεποτέ εἰς Αἰγαίον πότερον εἰς θερινὸν οὐδὲ: Vrbe tunc Alexandri pedem Mouens, Athenas nauis tendebam. En habes Theologum Athenas nanigantem ἐτοιον adhuc iuuenem: atque adeo iuuentus delatum impetu. Adhibe Bellarminum, aut Gretserum testem: vicerimus facile. Nam illi olim in Manasse, quem iuuenem Iosephus dixit, collegunt annus ætatis decimum octauum. Sed hic iuuentus habes notata initia. Nam, ut omittam eos, qui annum tricesimum accedunt, iam non posse dici rerum inexpertes. ut solo impetu agantur: habes Αἰγαίον παραγνα.

Iaues

lēnes genas, imberbem iuuenem: & in versione Billii Ephebum. Sunt autem imberbes circa annum etatis decimum octauum, sed & prius: nam *άχες* non eum designat duntaxat, cui barba nulla: sed etiam cui ne la-nugo quidem. At lanugo plurimum ab anno decimo sexto, aut circiter. Tunc autem *άτας* etiam feruentissima, & inconfutissima. Nam Xenophon in Laconum Politia in qui *οὐτε παῖδες οὐτε μεγάρες οὐτε αἵτινες* qui gressi pueritiam, adolescentur, obseruat *ἰχνευτας τιμωρίας τούτοις μαρτυρεῖσθαις*: vehementissimas adesse voluptatum concupiscentias. Nauigariat ergo, atque adeo Athenas venerit circa annum *άτας* duodecimsum: unde resultant temporis apud Athenienses acti circiter duodecim anni. Quid habet ergo causa Baronius, ut non potuerit Gregorius Julianum videre Athenis, ante annum tricessimum? Non vicesimo, non vicesimo quarto, aut quinto? non denique vicesimo septimo, aut octavo? ac proinde nasci idem anno secundo, aut tertio, aut quarto, aut etiam amplius patris summum Pontificem agentis?

LIII. Nam, quod notat ipsum testari senatum ante patris Baptismum, mera fabula est. Ille nativitas quidem meminit, post describit baptismum patris. Sed nego nativitas tempus illo modo designare. Amplius dicam: nego suam nativitatem describere: sed quae eam præcesserunt. En tibi, ut intime Baronium notis: & quam dignus sit, quicum in tenebris mices: *νηστεῖας ιωνος οὐδὲ μηνος εἰπεῖντον, οὐδὲ αὐτοῖς Εἰπεῖντον, οὐ κακοῦ μητέ τοι ἐπιχειρεῖν, οὐτε μεγάλων νηστεῶν παρεῖται*: Nam quod me spectat, forte nec dignum est quo recensem, ut qui non responderit speraris: vicunque magnus eius ausus fuerit: nempe quod antequam generaremur, Deo nos voverit, futuron non ambigua: quin & primulum genitos dedicavit. Hæc ille, subiectis postea iis quæ pertinent ad follie tam matris curam de conuersione mariti. Et quis credat tum demum hanc curam incepisse, cum natus est Theologus? Aut quis in huiusmodi encomiis exegit ordinem temporum? Et non agnoscit seriem plenique occupari, prout commodum laudanti, pompam orationis affert, potius quam historiæ distinctam descriptionem?

LIV. Rem habemus in tuto. Nam Baronius nihil adfert præter conjecturas, oppositus coniecturis facile diluendas: & ipsas per se vix verisimiles. Oportet enim in eundem annum trigesimum Nazianzeni Theologi, conferri tum eius aduentum, & discessum, tum præsentiam Iuliani: quod quis credat? Tum autem eo redeunt omnes, ut ne dixerit Gregorius, ater, quod dixit, sed hyperbolice loquutus sit. At nostræ coniecturæ, primum nihil habent absurdum, quod ve pugnet cum historia aut Nazianzeni, aut Iuliani. Deinde retinent *τὸ δέκατον*, verborum patris. Quis autem non hoc *τὸ δέκατον* præferat hyperbole? Nam si vim habuit hyperbole, certe maiorem multo ipsa veritas. Voluit pater filio suadere, ut seiuaret in tanto munere, Expressit caussam, etatem iam grauem annis: indicans eam spem, in quam generantur liberi: ut habeant patres senectutis solatium. Ergo, quo senior patet, hoc vehementius argumentum. Est autem sine dubio senior, si natus filius in Episcopatu, quod sonat *τὸ δέκατον*: quam si ante Episcopatum, quod vult hyperbole. Itaque nostra sunt partes longe meliores. Quibus opponi nihil possit, præter illud ipsum, quod est in questione cœlibatus mysterium: quod non potest esse tantum.

LV. De Gregorio Nysseno disputatum nihil vidi. Sed tantum à Baronio audacissimo virorum luxatam historiæ veritatem, quasi nihil minus agente. Anno 169. §. 64. Quod vero spectat ad Nyssenum, ante Episcopatum fuisse coniugio obligatum, cum Niceras, tum Nicophorus testari videntur: amuit hoc idem ipse in libro, quem de Virginitate conscripsit. En tibi coniugatum: sed ante Episcopatum, quod tamen a nullo veterum habuit: sed a suo more assuit, ut errori caueret. Nam ab iis quos laudat habet coniugium: non habet coniugii tempus.

LVI. At nos contra etiam in facis constitutum docemus fuisse coniugatum, ex Gregorii Nazianzeni Epistola 95, que ipsum Nyssenum consolatur super morte vxoris, quam diserte appellat *ἰερίων οὐρανού*, Sacerdotis coniugem. Et ipsum Nyssenum *τὴν τοιωτὴν τοῦ ζευκτοῦ*, cum ea vixisse, scilicet ad eius vique obitum. Sed & Nicetas annot. 28. in Nazianzeni oratione, que est in laudibus Basili. Sic coniugatum vitam de legit, nempe Nyssenus, ut tam eandem vita rationem, idemque institutum cum Episcopis haberet. Ita siebat, ut hec tria, nimirum cœlibatus, matrimonium & sacerdotium, vita quidem genere & instituto inter se differant, non item vita gerenda ratione. Non enim coniugium magis hæc separant ab Episcopatu, quam cœlibatum: sed significant cœlibatum cum Episcopatu, non dissimilem fuisse matrimonio cum Episcopatu: id est, non minus laudabiliter & sancte in Episcopatu vixisse Gregorium coniugatum, quam Basiliū & Petium eius fratres cœlibes.

C A P. XIV.

Historia firmati cœlibatus.

I. Supereft, quam polliciti sumus historiam cœlibatus imperati mera & violenta tyranide. Non enim, ut reliquæ corruptæ partes Ecclesiæ: ita hæc suam calamitatem imputat soli persuasioni, quæ vicunque intellectum vitiet, tamen voluntatem liberam permittit: sed violentia, quæ non persuasos, imo reluctantes, quo iure quæve iniuria coagit. Quo magis constat violata naturam. Hanc vero partem addidimus, magis ne quid desit nostræ disputationi, quam, quia sit opus noua post Chemnitium & Plessium diligentia, à quorum exacta cura plenissimam habemus, & inde hæc excerpta.

II. In hoc negotio separatur Oriens, in quo Græci, ab Occidente, sive Latina Ecclesia. Otiens cœlibatum nunquam admisit, nisi ex parte: nempe, his legibus coercitum: ut ante ordines vxorem ductam ne non licetet retinere, eaque vi, ut prius: exceptis tamen Episcopis tandem, quibus videatur feuerior fuisse Synodus Trullensis. Nisi forte admittenda cu-dam videatur Iunii interpretatio: non pro lege, sed pro hypothesi acci-

piens *προσδιοίσθαι τοις γυναικαῖς*: hoc sensu, Si Episcopus co*μηνι* consensu prius separatus sit ab uxore, tum hæc includatur monasterio. Qua de re iudicent docti. Certe Zonaras, & Balsamon, legem fuisse dicunt. Sed ut sit, tamen verum, in Oriente, Presbyteros, Diaconos, Hypodiaco*νος* uti uxoribus ante ordinationem ductis, & liberis operam dare, atque ita conjugatus esse.

III. Hunc morem, inquit Bellarminus, c. 21. ad 5. argument. Philippi, eis Ecclesia Romana non probat, & abusum esse indicat, tamen permittit Græcus: & si errorem alium non haberent, facile pacem componeretur. Permittit, inquit, eleganter, & festue. Quomodo videlicet apud Ammianum Marcellinum festuum autorem legimus: *Vix venerabilis, Caesaribus regendis patrimonii iura permisit*, lib. 14. Sic, credo, Turcis permittit vinum non bibere. Et Hispanorum regi Sicilia regalia: de quibus tam prolixè disputauit Baronius. Et omnibus Christianis regibus sua regna teste Bozio, Gallis etiam, nondum admitti Concilium Tridentinum: & paucos ante annos Venetis illa, quorum causa tantum non Europam concussit. Est enim ingenii tam modesti, tam clementis, tam liberalis Ecclesia Romana, ut quæ ab ea nemo postulat, sed suo iure sumit, quæque non potest impediare, ea permittat. Bona mater, indulgens mater, denique mira mater. Stupenda-ne audacia, an iucundo delirio? Nam ego quidem illum mihi videor videre, qui quascunque aspiciebat è portu soluere, eas se dicebat naues in Orientem mittere.

IV. Sed illos Orientales oportet esse in tam piar matrem valde ingratos, qui tantum ab eo absunt, ut agnoscant sibi quicquam permisum, aut quicquam licentie ab ea esse; ut eam potius non obscure reprehendant, quod aliis legibus utitur: eo enim tendit canon ille Trullenis de Presbyteris & Diaconis, quem commemorauimus. Et per Nicetam Peccatorum exclamat, *Quis est ille, qui tradidit vobis peribere & abscondere nuptias Sacerdotum? Quis ex doctoribus Ecclesiæ hanc vobis tradidit prauitatem?* Itaque videntur fecuri esse, probet-ne, an improbat Romanus Episcopus, qua apud se agantur, paratores reprehendere, quam dirigi. Tanta apud illos vis est Papalis permissionis.

V. Et qui homo tandem Papa, aut quæ mulier Ecclesia Romana, quæ permittat Græcis, quod tamen detestetur inter prima? Aut quis nescit quibus pridem titulis Siricius, ceteraque eius cohors, nuptias Sacerdotum sit prosequuta? Mitto illa vetustiora, carnem, immundiciam, lectatores libidinum, præceptores vitorum, laxata frena luxuriae; quæ Siricio dictauit spiritus ille cœlibaticus: at posterioribus seculis, quis non audiuit heresin, & quidem Nicolaitarum? Certe Humbertus ille olim respondens Peccatorato, *Hinc perpendentes, inquit, à te tam: eruerse defendi adulteria, potius quam nuptias Sacerdotum: arbitramur ab inferis emersisse principem huius heresin nefandum Diaconum Nicolaum.* Euge: optime consuluit Bellarminus dignitati Ecclesiæ Romanae, cum eam dixit permittere adulteria, permittere heresin Nicolaitarum? Nouus hic certe pietatis vultus, & forte fœdus, nisi succurrat priuilegium non errandi, quicquid agat.

VI. Sed enim, cur tam varie? Et quæ tam facilis, tam indulgens, tam clemens in Orientales, eadem in Occidentales, cur tam secura, tam dura, tam crudelis? Non probat, permittit tamen Orientalibus. At in Occidente non tantum non probat, sed ne permittit quidem. Quid? non permittit? Imo contra præcipit, mandat, imperat: neque hoc tantum, sed cogit: & ut cogat, nihil facit reliqui aut atrocem verborum, aut penarum Ecclesiasticarum, aut secularis violentia. Proh Dei atque hominum fidem! tantum-ne discriminis inter Orientem & Occidentem? tanti-ne interest apud Indos nascari, an Persas, Syros, aut in Armenia, in Bithynia, in Thracia? an apud Italos, Hilpanos, Gallos, Belgas, Germanos: aut in Polonia, Daenia, Britannia? Ut illis vnum idemque sit duntaxat abusus, vt loquitur mollissime Bellarminus, his vero heresin, manifesta heresin, hereticis execranda? Et non dispere causa illi tolerentur, his vero nulla satis fint atrocia aut verba, aut facta? Scilicet non debuit omnibus vnum esse Euangelium, omnibus vna Ecclesia.

VII. Qui primus impotenter debacchatus, is Siricius fuit, Nam, eti ante eum fuerat nonnulli attentatum, tamen modestia limites nondum quisquam erat egressus. Sed ille exarsit in iras: & nihil nisi merum feleros iambos, ac pene totum Lycaben rusticauit: Epistola ad Himerium, 7. c. Si beatus Propheta, ad lugenda populi peccata, non sibi ait lacrymas posse sufficere: quanto nos possumus dolore percelli, quum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Post, Plurimos Sacerdotes Christi, atque Leuitas, post longa consecrationis sua tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu, sobolem didicimus procreasse: & crimen suum hac prescriptio defendere, quia in Veteri Testamento Sacerdotibus & Ministris generandis facultas legitur attributa. Audiri facinora, audiuntur crimen? Quid ergo? Nempe vel in Occidente quæ facinora sunt & crimina, in Oriente naturam mutant: vel bona illa Ecclesia Romana permittit Orientalibus facinora, & crimina. Et vide: Tam de coniugibus propriis, quam de turpi concubitu. Non separat causas: æque illi crimen de legitima uxore, ac de fornicario prostibulo prolem suscipere. Vtrunque eadem verborum seueritate tractat: eadem legis autoritate coeret. Satin' sanus?

VIII. Pergit, *Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptor vitorum.* Quis atrocus loquatur de Nicolaitis, de Borboritis, de Carpocratianis, qui, teste Augustino, docebant omnem turpem operationem, omnemque adiunctionem peccati? Etnemo quidem reclamaret, si de turpi tantum coitu. Sed de propriis uxoribus: & æque de propriis uxoribus, ac de turpi coitu: hoc vero atrocissimum, hoc intolerandum Dicat, ergo, mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, preceptor vitorum, si estimat, quod in lege Mosis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt frenæ luxurie: cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, premonit, aicens, Sancti esote. Post, *Quarum sanctionum Sacerdotes omnes, atque Leuita indissolubili lege constringimus, ut à die ordinationis nostra, sobrietati ac pudicitia, & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, que quotidie offerimus sacrificia placeamus.* Qui autem in carnis sunt, dicente electionis vase, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu: si tamen Dei Spiritus habitat in vobis. Et ubi

vbi poterit, nisi in corporibus, sicut legimus, sanctis, Dei spiritus habitare? Hæc illi argumenta sunt: an potius blasphemia?

X. Sed, siue argumentorum, siue blasphemiarum hic scopus est, ut prohibeatur coniugium Sacerdotibus & Leuitis, Et quia aliquanti de quibus loquimur, ignorante se lapsos esse defient, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen posthac continentis se vindicent exhibere. Hi vero qui illiciti priuilegii excusatione nituntur, & sibi assertunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indigne vñfiant, Apostolica & sedis autoritate deiectos, nec unquam posse veneranda attractare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhant, priuauerant.

X. Instant Siricii vestigiis, sed Siricio longe verbis saltem modestiores, Innocentius I. Leo I. Zacharias, contenti coniuges interdicere, à probis in coniugium temperantes. Nec cessatum deinceps, donec vel sero tandem prorius Sacerdotes coniuges in Christianis nulli essent: quod nec uno conatu, nec vñculo effectum: nec sine multis magnisque tumultibus.

XL. Pontificatum iniūt Ioanne decimus tertius anno nongentesimo sexagesimo quinto. In Anglia cœlibatus huius autoritate firmatus est, Rege in eam rem intendente. Descripsit Polydorus Vergilius historia Anglica lib. 6. Osualdes Floriacensis Monachus, creatur Vigorniensis Episcopus, ac deinde Eboracensis Archiepiscopus, cui in Vigornensem Episcopatum Dunstanus successit. Tantum princeps tribuit istorum presulum doctrinam ac vitam sanctitatem, quam illi pro se ferebant, quemadmodum Monachi tale quid interdum miro artificio facere scunt, ut parvum eorum rogatu adductus, partim commotus, quod principes Sacerdotes adhuc suas retinerent uxores, contra atque Patres paulo ante decreuerint, bene multis fatigauerit precibus Ioannem tertium decimum Romanum Pontificem, quo bonis de causis, quas Monachi ex vñfis suo inuestigabant, vollet concedere, ut ipsi liceret. Apostolica autoritate eicere ex Vintonensi, & Vigorniensi collegio Presbyteros, quos seculares vocant Canonicos, atque in eorum locum, suos inducere Monachos, quod & impetravit. Apud Baronum anno 970. describitur Synodus generalis celebrata a Dunstano Cantuariensi, quæ, autoritate Ioannis Papæ, statuit & decreto firmavit, ut Canonicis omnes, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, aut caste viuerent, aut Ecclesiæ quas tenebant dimittent: habebat autem regem Edgarum hac in re fidelem adiutorem, & egregium defensorem.

XII. Leo nonus sedere cœpit anno 1049. Moguntiæ coacta Synodus est ab eo, in qua, Multa (inquit Krantzus Saxoniæ lib. 4. cap. 41.) sancta sunt ad utilitatem Ecclesiæ, in quibus Simoniaca heres, & Sacerdotalia coniugia Simoniæ manu perpetuo sunt damnata. Et modeste Krantzus retulit; sed durius Baronius ex Adam, nefanda sacerdotum coniugia nominauit; Hermannus Contractus secundum editionem Vitis: *Hic in plenaria Synodo constituit, ut Romanorum presbyterorum concubina, ex tunc, & deinceps Lateranensi palatio adiudicarentur ancilla. Vbi, concubina dieuntur pro uxoribus.*

XIII. Anno millesimo quinquagesimo nono etiam Mediolani in media Italia, & vt ita dicam, ad portas urbis, nondum cœlibatus obtinebat: Petrumque Damianum necesse fuit eo proficisci, Nicolai II. nomine: cuius legislationis historiam ab ipso Baronius descripsit, tomo ii. Erat, inquit, inter Clerum & populum propter duas heres, Simonitarum videlicet & Nicolaitarum, sait turbulentia editio. Et ne putes antiquo sensu usurpatæ nomina, Nicolaitæ autem dicuntur clerici, qui contra castitatis Ecclesiastica & regulam fœminæ admiscentur: qui plane tunc fornicatores sunt, cum fædi commerci copulas inueniunt: tunc Nicolaitæ iure vocantur, cum hanc letiferam peccatum velut ex autoritate defendant. Vitium quippe in barebin vertitur, cum peruersi dogmatis assertione firmatur. Perficitur, ut eius urbis Archiepiscopus sponderet non iri amplius toleratum Presbyteros coniugatos. Verba sponsionis, Nicolaitarum quoque heres, nibilominus condemnamus, & non modo Presbyteros, sed & Diaconos & Subdiaconos ab uxoribus, vel concubinarum fædo confortio, nostris studiis, in quantum possiblitas nobis fuerit, arcendos esse promittimus. Exigit etiam a Clericis iustandum, Anathematizo generaliter omnes heres, extollentes se aduersus sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, specialiter vero ac nominatim Simoniacam: post: Deinde, Nicolaitarum aque abominabilem heres, quæ impudenter latrat, sacri altaris ministros debere vel posse licenter uti coniugibus, quomodo & laicos. Vnde, quis his diebus haec duas heres, scilicet Simoniacorum, & Nicolaitarum grauius Ecclesiam Dei vexant, & impugnant: Simoniacos omnes & Nicolaitas cum dogmatum autoribus Sectatoribusque suis æternæ anathemate dignos esse pronuntio.

XIV. Nec finis tamen. Nam rursus Alexander secundus eodem misit Mainardum & Joannem Cardinales, eundem ob causam, ut habes apud Baronum anno 67. eiusdem seculi. In quorum decretis hoc est secundo loco, Presbyter etiam & Diaconus, ac Subdiaconus, fœminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manserit, nec officium faciat, nec Ecclesia beneficium accipiat. Qui vero non retinet, & eneuex humana conditione ceciderit, postquam manifestum veraciter fuerit, suspendatur ab officio tantum, donec per paenitentiam satisfecerit.

XV. Anno septuagesimo tertio supra millesimum fuit Gregorius septimus, ille fax orbis: natus communis, tum Ecclesias, tum Imperii malo: qui extraordinatio furore easdem duas sibi oppugnandas proposuit, quas haereses appellabat, Simoniacam, & Nicolaitarum, id est ius Imperatoris in temporalia Ecclesia bona, & coniugium Sacerdotum. Auentinus lib. 5. Sacerdotes illa tempestate publice uxores sicuti ceteri Christiani, habebant, filios procreabant, sicuti in instrumentis donationum, quæ illi templis, mystis, monachis fecerunt, vbi haec nominati cum coniugibus testes citantur, & honesto vocabulo Presbyterissæ nuncupantur, inuenio. Casatum, quemadmodum in Carolo Magno etiam explicauit, Episcopos, Pontifices, antistites, Monachorum Magistros, virginum maximas suo iure capiebat: & ut homines, non dii sumus, nihilque est ex omni parte beatum, euenebat interim, ut & honorarium scribent, pro diplomate, xenium suffraganti (sic enim lego) condonare necesse foret. Sacerdotes illos Nicolaitas, hos Simoniacos appellat, eosdem denouet ambitus, incestus condemnat, curia sacerdotum monet. Scribit deinde Cesari, duibus, prin-

cibus, Episcopis, sacrificulis, populo, ut superioris mystas velut celebratos atque impios deuident: eorum sacrificia, colloquia, sermones, coniuua, haud aliter quam contagionem fugient: illos salutare resalutare vero maximum impietatem esse docet.

XVI. Intercessere tam duro edicto Sacerdotes: caussas recitant Siebertus Gemblacensis, à quo descriptis Vincentius lib. 26. c. 45. Gregorius Papa, celebrata Synodo, Simoniacos anathematizauit: uxorios sacerdotes à diuino officio remouit, & laicos missam eorum audire interdixit. Nouo exemplo, & ut multis visum est, nconsiderato prauidicio: qui contra sanctorum Patrum sententiam, qui scripserunt, quod sacramenta qua in Ecclesia sunt, baptismus scilicet, christma, corpus & sanguis Christi, Spiritu Sancto latenter operante, eorumdem sacramentorum effectum, seu per bonos, seu per malos intra Dei Ecclesiæ disperguntur: tamen quia Spiritus S. mystice illa viviscat, nec meritis bonorum diffusorium amplificantur, nec peccatis malorum attenuantur. Mutius lib. 15. Sacerdotes omnes uno consensu respondebant: se sua onnia subiicere iudicio Ecclesiæ, nec ab ea unquam dissenjuros, modo non aperte contra Domini institutionem faciat. Coniugium, cui essent diuina constitutione fideque data obstricti, deferere, aut abiurare non posse: nec minus post fidem datam sacerdotio, se ministerio altarie abdicare posse. Et multa pro coniugio aduersa coactum cœlibatum adducebant: & quo quisque vir melior, aut Sacerdos sanctior, hoc pluribus vehementius repugnabat. Lambertus Schafnaburgensis anno supra millesimum septuagesimo quarto, Hoc decreto per totam Italiæ promulgato, crebras literas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens, ut ipsi quoque in suis Ecclesiæ similiiter facherent, atque contubernios sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resescerent. Aduersa hoc decretu protinus vehementer infrenuit tota factio clericorum: hominem planæ hereticum, & vesani dogmatis esse clamans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait, Non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere, capiat: & Apostolus, Qui se non continet, nubat: melius est enim nubere quam viri: violenta exactione homines vivere cogere ritu Angelorum: & dum consuetum cursum natura negaret, fornicationi & immunditiis frena laxaret.

XVII. Nihil promouerunt apud bipedum superbissimum. Caussam credo, quod illi subiicerent se Ecclesiæ, id est Papæ. Nam qui iugum nunquam admiserant, viuunt liberi: & permittit eis, inquit Bellarmine, cum coniugibus viuere. Gregorius ergo, Instabat, ait Lambertus, & assiduis legationibus episcopos omnes sororibus arguerat: ac nisi oculus iniunctum sibi negotium exequerentur, Apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Apud Mutium Episcopus Moguntinus, Se cogi Apostolica Romana sedis autoritate ad hanc exactionem: nec quenquam sperare debere, quod argumenta supplicatione que aliquid hic mutare possent. Roms esse hoc decretu in sacro sancta Pontificis, Cardinalium & Episcoporum Synodo frequentissima. Anno sequente, Frequentes bullæ, frequentes nunciæ à Româve niebant, quibus ira Pontificis in non obtemperantes sacerdotes significabatur, & minabantur Episcopo, & Clero Moguntino, anathemata & execrationes.

XVIII. Hactanta animositate quid factum tandem: Mutius, Quidam audacioris spiritus contra sententiam Romana sedis multis magna voce disserebant. Nonnulli pauci tamen, vel timentes famem, si essent adulterio relinqua, vel alioquin non amantes uxores, libenter uxores concubinis commutantes, responderunt, Se Ecclesiastica constitutionibus sacrosancta Synodi obtemperaturos. Horum quidam postea clam vñfis sunt uxoribus suis, retinueruntque sic uxores & sacerdotia: ii vero, qui uxores suas non amabant, vel cum ancillis suis, vel cum adulteris mulieribus, quas multas ipsi fecerunt, vel cum vulgari immundi meretricum turba confuetudinem habuerunt loco uxorum. II autem, qui contra præstatam fidem uxoribus, & aduersus Dei constitutio nem, putabant salua conscientia Dei præcepto despecto, hominum constitutionibus obsequi non licere, nihil aliud responderunt, quam sententias ex Scriptura, & disputando molesti Apostolico legato fuerunt, qui occulserat aures suas ad eorum argumenta. Itaque mandatum est illus, ut relictis suis, quibus præerant Ecclesiæ, alio se ferrent; neque turbarent eos, qui in eorum locum essent mittendi: si quis aliter faceret, excommunicationem anima simul, & corporis interitum presentissimum expectaret. Nec in ventum mina abire, faltem de interitu corporis. Nam parochi vñbique occupavant sua doctrina animos vulgi, nibilque mouebantur bullis Romanis, nihil minis, nihil excommunicationibus. Quod vbi animaduerterunt pontifici, aliquot præstantiores diuerterunt captos interfecerunt: hoc exemplo alios deterrere volentes.

XIX. Siebertus, Ex qua re tam graue oritur scandalum, ut nullius heresis tempore sancta Ecclesia grauiori schismate scissa sit, bis pro iustitia, illis contra iustitiam agentibus. Continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modo causa quæstus, ac iactantia simulantibus: multis incontinentiam peritiori ac multipliori adulterio cumulantibus. Ad hoc, hac opportunitate laicos insurgentibus contra sacros ordines, & se ab omni Ecclesiastica subiectione excutientibus. Laici sacra mysteria temerant, & de his disputant, infantes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo, & chrismate utentes: in extremo vita viaticum Dominicum, & usitatum Ecclesia obsequium sepultura à Presbyteris coniugatis accipere paruipendunt: decimas Presbyteris deputatas igni cremant: & ut in uno catena perpendas, laici corpus Domini à Presbyteris coniugatis consecratum spe pedibus conculcauerunt, & sanguinem Domini voluntarie effuderunt, & multa alia contra ius & fas gesta in Ecclesia sunt. Auentinus, Grauissima itaque sedition gregem Christi perculit, nec unquam talis lues populum Christi afflixit. Mystra aduersus Pontifices, populus aduersus Sacerdotes, prophanis aduersus initiatos /aure, omnia diuina humana permiscere coepérunt. Viri, muliercula, & quisque maxime auarus ambitionis, aut inuidius erat, bella, & lites, odia amabat: leui admodum suspicicula excitatus Sacerdoti sui resistendi, bona templi diripiendi, ansa præripiebat: populares, sacerdotulos qui uxores habebant, floccifaciebant: decimas igni concremant: sacrosanctam hostiam (horresco referens) à mystis quæ coniuges habebant consecratam, in lutum abuicabant, pedibusque conculcauerunt: tales enim non esse Sacerdotes, negue sacrificare Hildebrandus docebat: hinc occasione arrepta, multi falsi Prophetæ nebulae offundunt: fabulæ, miraculi (exempla vocant) à veritate plebem Christi auerunt: sacras literas interpretando suo negotio seruire cogunt. Porro paucissimis Veneri belum indicentibus, quibusdam castitatem iactantia, quæstus ergo simulantibus,

bus, maxima pars sub honesto castimonia nomine, supra, incestus, adulteria, paf-
sim & impure committunt.

XX. En pietatem! En curam! En ze'um Pontificis Romani! En curme-
rito dicat Baronius anni 1074. tit. 38. Nullatenus cogit Gregorius, vel Ecclesiastica lex, aliquem unquam inuitam continentiam profiteri: sed tantum cum
quis eam sponte professus est clericatus susceptione, ad quem inuitus nemo com-
pellitur, obseruare precepit: quo nihil in iustus, sanctius nihil dici potest, & asti-
mari debet. Scilicet et neminem cogit, qui reluctantes dignitate priuat, ana-
themate ferit, denique morte afficit. Haec Romanorum sunt persuasiones, &
quidem modestissimae, blandissimae. Quid faciant, si seueritatem excident, si
irae indulgent? Scilicet illi voverant continentiam, qui vxorati erant or-
dinati! Et voverant illi castitatem, qui prostibula assumpserunt, relictis
uxoribus. Ut nihil pudet!

XXI. Haud dubium, quin tanta violentia celibatus negotium vehe-
menter promouerit. At non sicut tamen, vi successoribus nihil fuerit reli-
ctum. Paucis enim interpolitis annis, Urbano II. fuit in Concilio Melphi-
tano condens Canon, Sacrorum Canonum instituta renouantes, principi-
mus, ut à tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere:
quod si deprehensus fuerit, ordinis sui periculum sustinebit. Descriptio Baronius
anno millesimo nonagesimo. Ab eodem Gratianus Dist. 32. retulit: Eos,
qui post subdiaconatum (ita emendante Gregorio) uxoris vacare volunt,
ab omni sacro ordine remouemus, officioque atque beneficio Ecclesie carere decen-
imus. Quod si ab Episcopo commoniri, non je corixerint, principibus indulge-
mus licentiam, ut eorum feminas mancipent seruituti. Vbi vides id, quod in
precedenti erat de carnali commercio, ad uxores peculiariter restringi.
Tum autem nouum genus persuasionis, id est, Romanæ illius quam dixi-
mus, benignitatis, coniugum seruiturem.

XXII. Nec multo post Calistus secundus fuit, anno centesimo deci-
mo nono supra millesimum, à quo Canon, apud Gratianum Distinct. 27.
Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis, concubinas habere, seu matri-
monia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab hu-
iismodi personis disiungi, & personas ad paenitentiam redigi debere, iuxta sa-
crorum canonum definitiones iudicamus. Et instabat sine dubio exequitioni.
Matthæus Paris in Henrico I. Anno millesimo centesimo vigesimo quinto,
Ioannes Cremensis Apostolica sedis Cardinalis, de licentia Regis Anglorum
veniens in Angliam, verendinatus per Episcopatus & Abbatias. Vbi igitur de
Concubinis Sacerdotum (id est, uxoribus, sic enim nominabat inuidioso no-
mine: & ita fabula intererat) severissime tractasset, dicens summum esse sce-
lus de latere surgere meretricis, ad corpus Christi conficiendum: ipse cum die il-
la corpus Christi consecrasset, post vesperam fuit in meretricio interemptus.
Res notissima negari non potuit, dum magnum decus in summum dedecus com-
mutauit.

XXIII. Anno centesimo vigesimo septimo eiusdem seculi, in Anglia
Wilelmus Cantuariensis, accepta legatione ab Honorio secundo, Con-
cilium habuit Vintonæ. In eo hoc decretum apud Baronium, Presbyteris
& Diaconibus, Subdiaconibus, & omnibus canonicis, contubernia mulierum
illiticarum penitus interdicimus. Quod si concubinis, quod ab sit, vel coniugi-
bus adhæserint, Ecclesiastico priuentur honore simul & beneficio. Presbyteros
vero parochiales, si qui tales fuerint, extra chorum ecclesias, & infames esse de-
cernimus. Archidiaconos vero & ministros, quibus hoc incumbit, autoritate Dei
& nostra precipimus, ut omni studio & sollicitudine procurent, ab Ecclesia Dei
hanc perniciem omnino radicare.

XXIV. Alexandri tertii definitiones habemus in Decretalibus libri
3, tit. 3, de Clericis coniugatis, Si qui Clericorum infra subdiaconatum ac-
cepserint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores
districtione Ecclesiastica compellatis. Sed si in subdiaconatu, & aliis superio-
ribus ordinibus, uxores acceperis no[n] cunctur, eos uxores dimittere, & paenitentia
agere de commissione, per suspensionis & excommunicationis sententiam com-
pellere procreatis. Et c. 2. Pronideas attentius, ne deinceps clericus coniugarus
ad Ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasti-
cas admittatur: nisi forte castitatem voverit perpetuam: & qui unicam &
virginem habuissest uxorem. Tertio, Vtrum clerici infra subdiaconatum ordi-
nem constituti, qui continere, carnis deuicti vitio, non valentes, uxores accipiunt,
Ecclesiastico beneficio canonice debeant sibi: id volumus te tenere: quod
cum simul voluptatibus & carnalibus desideriis, ac diuini, & Ecclesiastici ob-
sequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam Ecclesiastici sacramenti
indigni tractandis, Ecclesiastici procul dubio beneficiis sunt priuandi. Nota:
& carnalia desideria, ac voluptrates, & immunditiam obuii matrimonio.
Sed & nondum vbiaque viguisse prohibitionem coniugii. Viuebat tamen
Alexander vltra annum millesimum quinquagesimum nonum.

XXV. Hæc est historia longi contra coniugium belli, hæc artium se-
ries, quibus tandem triumphata libertas est Christiana. Qua in historia,
quibus in artibus multa sunt obseruatione digna. Primum in vsu fuisse
coniugii usum, quacunque se Christianitas porrigebat. Nam de toto
Oriente non ambigitur. In Occidente ipso, vides Italianam, Galliam, Ger-
maniam, Angliam, assuetas, nec inde deducetas, nisi magna violentia. Nec

erant tamen recens conuersæ ad fidem, sed iam pridem acquisitæ Christo:
& magna quidem cum laude iam olim. Illud quæro, si amplitudo catho-
licum dogma arguit, quod vrgent Papistæ, quoties liber, & liber non raro,
cur hoc non censemus sit dogma Catholicum? Nam certe amplirudo
negari non potest, quæ tot terras occupat.

XXVI. Addé originem. Nam & hoc Papistis soleme: si quod dogma
vbiique gentium acceptum, cuius origo non possit indicari, id Apostoli-
cum esse censemus. Vincit ergo, inquam, nostra libertas. Nam vbiique
gentium inualuisse, iam confessum: nisi si paucas excipias, puta Roma-
nam Ecclesiam, & ei consentientes. Originem ne ipsi quidem Papistæ
possunt à quoquam nominatum aut homine, aut temporecessere. Cur
non igitur Apostolicum censemur institutum? Breuiter, hullum contra
Canonem proferre possunt in suas partes, quo instituatur simpliciter ali-
quid, & non natutetur id quod præcesserat: adeo vt iis ipsis testimoniis,
quibus improbat matrimonii libertas, demonstretur esse prohibitione
prior & antiquior. Quod alii non accidit. Nunquam enim fuere Presby-
teri Christiani, ut non eis fuerit interdicta ebrietas, fornicatio, polygama,
& reliqua peccata. At nos cum ipso presbiterio cœpisse ostendimus liber-
tatem coniugii: teste locupletissimo Apostolo, ad Titum 1. *Huius rei gratia
relinquite in Creta, ut constituas oppidatum presbyteros, sicut ego tibi mandauis:
si quis sit inculpatus, unius uxoris vir, liberos habens fideles.*

XXVII. Tertio, non omittendum, sero tandem obtinuisse cœliba-
tus legem. Nam, etiæ iam olim caput exseruerit, maxime tertio & quarto
seculo: tamen nunquam, absque manifesta controvrsia. Atque ita ab aliis
est admissa, ab aliis spreta seculis circiter vndecim: quibus tamen Chri-
stianitas non potest negari valde viguisse: & quidem ita, ut siue doctrinæ
puritatem spectes, siue morum probitatem, nihil addiderint sequuta tem-
pora: vtrinam nihil ademissa. Quare non habent Papistæ quo valde ex-
sultent antiquitatis prætextu, quam vir proferant vltra quinque ante nos
secula. Quo loco vindicanda est Melanchthonis innocentia, à Bellarmi-
ni calumnia: mendacium imputantis, quasi dixerit articulo 23. Confes-
sionis Augustanæ, in Germania ante annos quadringentos primum esse
legem cœlibatus impositam Clericis. Cum ille aliter dixerit, & vere dixer-
it: *In Germania primum ante annos quadringentos, Sacerdotes vi coacti sunt
ad cœlibatum. Relipxit enim non legem latam, quam sciebat longe altius
reperendam a Siricio: sed secundum eam legem uxores ablatas; ea vi, ea-
que tyrannide, quam retulimus, Gregorii VII. à quo ad scriptam confes-
sionem haud multo plures numerantur annis quadringentis.*

XXVIII. Quarto, notandum nulla id confessum auctoritate vlliis
Vniuersalis Concilii: sed tantum Episcopi Romani adscendentis sibi pro
arbitrio Concilia quædam particularia, quorum nomine abuteretur, tan-
quam larua. Siquidem eo vocabantur Clerici, non vt rem ipsam legitime
discuterent, & rationum momentis examinarent: sed vt imperata exipe-
tent, volentes noientes. Quo loco rursus imponit Philippo Bellarminus,
dicere legem de cœlibatu Clericorum in nullo Concilio repertiri, sed à fo-
lo Romano Pontifice contra Synodorum sententiam inductam esse. Nam
ille aliter, *Dissentit lex Pontifica à Canonibus Conciliorum. Nam veteres Ca-
nones non prohibent coniugium, nec contracta coniugia dissoluunt, etiæ hos, qui in
ministerio contraxerunt remouent ab administratione. Sed noni Canones, qui
non sunt in Synodis conditi, sed priuato consilio Pontificum facti, & prohibent
contrahere matrimonia, & contracta dissoluunt. Sic Philippus: & vete: qui
sciebat in quib[us]dam Conciliis, nec tantum particularibus, sed etiam ge-
neralibus nonnihil fuisse sanctum de cœlibatu, saltet vt ne contrahere
tit matrimonium post ordinationem: sed sciebat viciissim nullum anti-
quum Canonem rescindere contractum, etiam post ordinationem: dun-
taxat virum remouere ab ordine: Cum l'apæ, ii quos diximus, iussent
renunciare aut ordini, aut coniugi.*

XXIX. Quinto, quam procul discessum sit à prima iudiciorum mo-
destia. Primus, vt dixi Siricus cœpit vehementius commoueri: sed quid
eius ira, ad Gregorii septimi furores? Huius enim stylo primum, puto,
Nicolaitarum dicta est hæc hæresis, & obscena, & detestanda: & quid
non? Nam verborum atrocium nullus factus est modus. Comparent stu-
diosi lectors priora posterioribus, antiqua recentibus, singula singulis:
& si non vident tantum distare quantum tenebras inter est & lucem, tum
vero ego causa ceciderim. Percurre Canones Ancyranos, Neocasa-
rienses, Nicænos, Trullanos, Carthaginenses, Elibertinos, nihil reperies
in ipsa coniugia, ne Clericorum quidem, dictum contumeliosius: cum
Romanis Episcopis nihil potuerit nūnū videti.

XXX. Denique, vt alia multa mittam, vide seueritatis distantiam. In
primis decretis pœnam nullam vides, præter remotionem ab ordine. At
hæc nūnū nihil visa, est Romanis Episcopis: qui anathema ingemi-
narunt, & execrationes multiplicarunt: neque id tantum: sed addidere
seruitutem foeminarum: denique presbyterorum ne ultimo quidem
supplicio abstinerunt. Sic demum sancta lex,
obtinuit. Sic fuit sancta sci-
licet!

FINIS LIBRI DECIMI SEXTI.